

F.K. 67  
22

Z e  
5022

MACARI  
VIRI SUI NOMINIS  
IN  
VIRO SUI NOMINIS  
REVERENDISSIMO  
**D. GOTTLÖB FRIDERICO**  
**SELIGMANN,**  
REGIO ET ELECTORALI SAXONICO CONSILIARIO  
ECCLESIASTICO,  
AULÆQUE DRESDENSIS CONCIONATORE PRIMARIO  
UNDIQUE CELEBERRIMO  
ECCLESIAE OMNIBUSQVE BONIS  
JACTURAM FACTAM,  
AD  
IPSIUS GENERUM HONORATISSIMUM,  
MAX. REVERENDUM  
**M. HEINRICUM PIPPINGIUM,**  
LIPSIENSIMUM ECCLESIASTEN  
MELLITISSIMUM  
LUGET  
**M. C. FEUSTELIUS, P. & S. W.**  
229.



MAGISTER  
ALTI SIT NOMINIS  
ALIO SIT NOMINIS  
MAGISTER ALIO SIT NOMINIS  
D GOTLIBE RIDERCO  
SERGAMNO  
REGIO ET HERCULI SAXONICO CONVENTUO  
LICETUS AUREO  
ALVAGAT PHIBINUS EODIONIALE SUMMO  
NNDAYA EPISTOLARIO  
RECTFESI OMNIBUSQ; LUDONI  
RECTRUM TACITI  
AD  
ALVAGAT GABRIELI MONASTERICI  
MAGISTER ALIO SIT NOMINIS  
M HEINRICIUM PHILIPPINGIUM  
PHILIPPINGIUM HERCULIANUM  
MELLISSIMUM  
PRAESES  
M C FELICITER PECMA





# V I R

MAX. REVERENDE,

**D**um heri Beati Tui Soceri, Viri sui nominis, conciones funebres typis Li-  
pisiensibus olim descriptas ac singularim editas, indultria Tua in unum  
collectas fasciculum ex liberalitate Tua plane singulari, proptereaque  
maximo mihi deprædicanda opere per cursorum publicum libraria  
mea accedere jussisti, non tantum in animum mihi revocasti magnum  
utriusque nostrum Patronum, & post cineres mihi venerandum, B. Tui Soceri in Confilio  
Ecclesiastico Aulaque Dresdensis Concionatura Primaria antecessorem, D. SAMUE-  
LEM BENEDICTVM CARPOVIM, qui B. MARTINI GEIERI dispersas concio-  
nes famo & papaveri confersas collegit, B. D. PHILIPPVM JACOBVM SPENE-  
RVM, qui B. ANDR. CRAMERI Opuscula, B. D. BALTHASAREM FRIDERICVM  
SALZMANNVM, qui B. D. JOHANNIS SCHMIDII *λέγεται*, B. JOH. WINCKLE-  
RVM, Ministerii Hamburgensis Seniorem, mihi certas ob causas, multisque aliis, imo  
ipsi Hamburgo & post cineres defideratissimum, qui B. D. ABRAHAMI HINCKEL-  
MANNI CONCIONES diversas ex MSS. in scrinii autorum latentibus collegere;  
ex literatura profana IANUM GRUTERVM, qui in *Lampade sive Face artium liberali-  
zam, hoc est, Thesauro critico*, sex magnis constantem Tomis, (septimus enim, qui ab alio  
adjectus, ob inumania & horrenda & vix Christiano homine digna convitia in Gruteri  
nomen & merita eructata, vix legi meretur,) plures collegit autores sparsim editos, quibus  
ad continuandum Gruteri opus & operam non male jungi possent, qua *Barthius Ad-  
versus, lib. L. Cap. IX.*, col. 2362. adducit; IOHANNEM MABILLONIVM, qui in Anale-  
gatis suis Epistolæ, Praefationes, Supplementa, Fragmenta, Versus, Inscriptiones diver-  
sorum autorum hinc & inde dispersas, EUSTATHIUM SWARTIVM, qui CASPARIS  
BARTHII Opuscula Varia, Ablegminum libros II. Leandridos lib. III. Heroum Infelici-  
um lib. I. Zodiaci Vita Christianæ lib. III. novem postea acti libris, Theognidem Latinū,  
Fabularum & fropicarum lib. III. duobus novis postea auctaram, Satirarum lib. I. Cebe-  
tis Thebani Tabulam, illustri autore scriniorum librariorum perlungationem & excus-  
tionem

fionem benigni ipsi concedente, ex Schedis dispersis collegit; ne de autoribus, qui con-  
ciones funebres, vel suas vel aliorum Theologorum, certis inclusere Tomis, Baldini  
scilicet, Calonii, Carpzoviorum, Celibii, Creidii, Crusii, Emdenii, Zachaei Fabri, Fabri-  
ei, Fesseli, Finckii, Fischeri, Gedici, Geteri, Griebneri, Habnii, Herbergeri, Heermannii, Hoei,  
Hulsemanni, Hunni, Ittingi, Klotzii, Lofcherti, Mayeri, Menzelii, Menzeri, Mollerii, Mul-  
teri, Ortlobii, Paneratii, Pelargi, Pfeifferi, Roberi, Sacci, Salmuthi, Schmidiorum, Schmuc-  
cii, Schroderi, Spangenbergii, Speneri, Strigenitii, Stybari, Waldeccii, Weinrichii, Welle-  
ri &c. dicam; sed video etiam, Soceri Tui desideratisimi felicitatem, Te propter ornata  
laudibus atque celebrari posse, quod ad Te, Generum optimum optimi Soceri, applicari  
potest illud Ecclesiastici XXX, 4. 5. 6. qui docet filium suum, (cui Gener est doctus, So-  
ceri docti referens mores & scientiam,) in Zelum mittit inimicum, & in medio amico-  
rum gloriabitur in illo. Mortuus est pater (Socer) ejus, & quasi non est mortuus, simi-  
lem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit & lestatu est in illo: in obitu suo non est  
contristatus, nec est confusus coram inimicis. Reliquit enim defensorem domus contra ini-  
micos & amicis reddentem gratiam. Indeque animus erat, Te hac occasione poetarum  
more ligato alloqui Sermone, istaad te meditatus:

Redde, Gener, Socerum nobis, quia reddere nobis

Tu potis es Socerum, redde igitur Socerum.

Redde Gener Socerum nobis, quia reddere nobis

Tu debes Socerum, redde igitur Socerum.

Redde Gener Socerum nobis, quia reddere nobis

Tu jam coepisti, redde igitur Socerum.

Dumque una recordabar, Te Dissertationes Academicas B, Tui Soceri vel industria vel  
præficio in veritatis Philosophica aut Theologica defensionem Lipsia & Rostochii pu-  
blice ventilatas, in unum Volumen conjungendas singulari studio conquirere eoque  
ipso mihi in memoriam revocabas B. D. JO. ADAMUM SCHERZERVM, D. GEOR-  
GIUM MOEBIUM, D. ERHAR TVM LAVTERBACHIVM, D. SEBASTIANVM &  
JO. ANDREAM SCHMIDIOS, D. JO. CHRISTFRIED SAGITTARIVM, D. THO-  
MAM ITTIGIVM, D. AVGUSTVM PFEIFFERVM, D. JO. MICHAELM LANGI-  
VM, GISBERTVM VOETIUM & alios, qui suis propriis, & alios, qui alienis Dispu-  
tationibus, D. GEORGIVM MOEBIVM D. JOANNIS AFFELMANNI, D. JO. BENE-  
DICTVM CARPZOVIVM, Fil. D. FRIDERICI RAPPOLTI, Praceptoris sui, D. SAM.  
BENEDICTVM CARPZOVIVM D. JO. BENEDICTI CARPZOVII.  
Parentis & Fratris, D. FRIEDERICVM RAPPOLTV M. HEIN-  
RICI HOEFNERI, alios aliorum, D. MARTINI GEIERI, D. JO. CONRA-  
DI DANNHAVERI, D. CONRADI HORNEJI, D. AVGUSTI PFEIFFERI in Belgio,  
JO. MICHAELIS DILHERRI, PAVLI SLEVOGTI & aliorum Dissertationibus paria  
tentarunt, ne quid de Gieffensibus, Marpurgensisibus, Wittebergenisis, Basileensisibus,  
Salmiensisibus, Sedanensisibus. D. CHRISTOPHORO SONTAGIO, Aldorfensis  
P. P. celeberrimo & Sacrorum Antistite summo, qui creberrimis meis monitis velifi-  
caturus, suas hinc & inde dispersas inque salivam publicam emissas & a pluribus deside-  
ratius propediem colliget, & aliis referam, telam, quam coeparam ulterius pertexere me-  
cum constitueram, indeque musula mea exigua canru suo pergere tentabat:

Redde Gener Socerum, Socerumque ut reddere nobis

Coepisti, Socerum reddere perge Gener.

Asternim vero ad alia dum transtutum paro, Gratulatio mea se manibus meis insinuat  
qua X. Id. Nov. anni præterlapsi de Soceri Tui Reverendissimi ad Dresdenes vel poti-  
us aulam Dresdenensem abitu ac nomine Tecum publice differendi campum sum in-  
gressus, quæ non tantum modum te alloquendi definit, sed & materiam fuggerit ul-  
terius haec vice publice tecum colloquendi. Quia enim illo tempore Tibi de Socero  
sum gratulatus, qui paterno animo mihi nullo non tempore fuit addictissimus, de-  
que mei ulteriore promotione sollicitus, me clientem & eaque ac Te Generum jam in  
squalore & luctu jacere scias, dum Tibi Socer benignissimus, mihi Patronus faventissi-  
mus

mus a DEO fuit eruptus. Ubi tamen tua res mea longe videtur infelior, quod in  
 B. Seligmanno Socer unicus isque optimus tibi Genero optimo fuit subductus, mihi  
 vero unus ex multis Patronis. Acerbe tamen fero & agre, quod precibus meis pro SE-  
 LIGMANNI incolumentate, longavitate, corporis & animi viribus ad DEUM fusis be-  
 nignissimum Numen non tantum non indulxit & subscriptis, sed praeter spem & expe-  
 ctationem, ut multorum aliorum bonorum, eosque inter Tua, ita mea etiam vora in  
 ventos abire jussit. Sicut enim in vita sua Vir sui nominis fuit, ita supremum Nu-  
 men, vita & necis Dominus, iustus, ut opinione citius & contra votum & praeter intentionem nostram vir sui nominis fieret, quando MACARIVS noster vere MACARI-  
 VS factus est. Ubi Tibi non incognitum erit, quam de Socero tuo differendi materiam  
 mihi nomen dederit Soceri Germanicum, quando virum sui nominis nuncupavi.  
 Quam denominationem ac nominis explicationem non casu quodam aut improviso  
 mihi obtigisse eque meo calamo prodiisse, affirmare audeo, quando de MACARIO,  
 Socero Tuo vere MAKARIO, eadem, nescius tunc plane, predicavi, qua jam olim Theodo-  
 ritus, Cyri Episcopus, Hisp. Ecclesiast. lib. I. Cap. III. de MACARIO, Tuo MACARIO  
 μακάριος, Hermonae in Episcopatu Hierosolymitanus successore, haberet, quando MAKAR-  
 IOΣ, inquit, ἐπιστείθη, Φεγίνους αὐγή, καὶ παντοδαπός κομψός οὐαζός. Cujus-  
 modi encolum & Ireneo, Sanctissimo Lugdunensem Praesuli, Pothini cum aliis  
 in Gallia martyribus anno atatis nonagesimo vita profecti Successori, quem juxta Spi-  
 zelii nostri testimonium in Academia Veteri IESU CHRISTI, p. 45. Graci Latinique Pa-  
 tres certatim ad coelum susstulerunt, ejusque autoritatem pro ortu bodoxorum dogmatum  
 confirmatione frequentissime allegarunt, Eusebius in Hisp. Ecclesiastica his verbis im-  
 ponit: εἰμαὶ Φεγίνους τις αὐτὴν προσηγορία. Quam denominationem ac de-  
 nominationis explicationem Scapula ita exprimit, quod sit, Φεγίνους, ferens nomen  
 suum, id est, veritatem nominis sui: cui vere convenit nomen, quod habet; Hoppe-  
 rus: quod sit verum habens nomen, ἀληθέαν τῷ ὀνόματι, ex re nomen habens, suo re-  
 spondens nomini, ἐπωνυμός; Sickerus: quod ferens nomen suum, id est, veritatem no-  
 minis sui: cui vero convenit nomen, quod habet; Piccartus vero in Observat. Historico-  
 Polit. Decad. XIV. Cap. X, p. 125. quam proxime a mea recedens sententia & explicatio-  
 ne, quod Vir sui nominis. Quod enim Germanis nostris est Seligmann/ Græ-  
 cis videtur esse MACARIVS, a μακάριος, non ut Jacobus de Voragine in Historia Lombardica N. XLIX. habet, a macha, quod est ingenium, & ares virtus. Vel a macha,  
 quod est percusio & rio magister. Fuit enim ingenuus contra demonis fallaciam,  
 virtuosus quantum ad vitam, percusso in Dominatione corporis, magister in regimine  
 prelationis. Cujusmodi alias Etymologias, satis acute scilicet, non tam ex sua ori-  
 gine derivatas quam in cerebro proprio natas & excogitatas hic autor plerumque in  
 nominum martyrum vel confessorum explicatione affert, quando SYLVESTER  
 N. XII. ipsi dicitur a Sile, quod est lux & terra, quasi Lux terra, id est, ecclesia, que in-  
 star bone terra habet pinguedinem bona operationis, nigredinem humiliationis & dul-  
 citudinem devotionis, per ista enim tria agnoscitur bona terra. Vel Silvester dicitur a  
 silva & theos, quod homines silvestres, id est, incultos & duros ad fidem CHRISTI  
 traxit. Vel sic, ut dicitur in Glossario: Silvester dicitur viridis, agrestis, umbrosus,  
 nemorosus. Viridis caelestia contemplando, agrestis seipsum excelendo, umbrosus ab omni  
 concupiscentia refrigeratus, nemorosus inter arbores celi plantatus. Et N. XVII. HI-  
 LARIUS dictus est quasi bilaris, quia in servitute DEI valde bilaris fuit. Vel di-  
 citur Hilarius quasi alarius, ab altus & ares virtus, quod fuit altus in scientia & vir-  
 tuosus in vita. Hilarius dicitur ab ille, quod est quasi primordialis materia, que  
 obscura fuit & ipse in dictis suis habet obscuritatem & profunditatem. De  
 quibus alibi & alia occasione pluribus. Hoc vero nomen MACARIVS aut μακά-  
 ριος multis viris, mulieribus etiam, locis & regionibus nomen dedisse videtur.

Ex Stephano de Urbibus Græcis nota est MACARIA, Arcadia urbs, in Pelopon-  
 neso, Romanis Græcum nomen latino exprimitibus, BEATA dicta, a MACAREO,

Lycaonis filio ædificata & nomen adepta. Ex *Ptolemei Geograph.* lib. V. Cap. VI. f. 136. edit. elegantissima, splendidissima & augustissima Hundii, nota est MACARIA, Cyperi oppidum, in ora boreali apud ortum, juxta *Philippum Ferrarium*, Lexico *Geograph.* Baudrandi f. 441. a. nunc pagus inter Carpasiū & Cerauniam octo vel novem millia passuum distans. Quam *Jacobus Palmerius Exercitat.* in *autores Græcos*, ad *Plutarchum* p. 219. pro *Mycale Nepotis* in vita Cimonis reponens, ita describit, quod fuerit urbs in littore Salaminie ditionis & regione Cilicia. Quod nomen toti insulae inditum, ut MACARIA a Græcis dicta fuerit, ab Horatio genuinum nominis sensum & significatum exprimente lib. III. *Carmin.* Oda XXVI. v. 9. *beata dicta*, ob coeli temperiem, juxta nonnullos apud *Plinius Hist. Nat.* lib. V. Cap. XII. f. 48. & *Cluverum Introduct.* in *Geogr. Vet.* & *Nov.* lib. V. Cap. XXVI. p. 545. edit. Bunonio-Reskiana, & soli fertilitatem incredibilem, qua *Ammiano Marcellino* lib. XIV. p. 39. Edit. Boxhorn, teste, tanta tamquam multiplici abundat rerum omnium eadem Cyprus, ut nullus externi indigenus, admicul, indigenis viribus, a fundamento ipso carina, ad supremos usque carbafos adficet onerariam navem, omnibusque armamentis instruitam mari committat. Et Sicilia urbs est MACARA olim, deinde nomine mutata, Minoa dicta, a Minoe Cretensi. Quam tamen denominationem doctissimus *Borchartus in Chanaan* lib. I. Cap. XXIX. p. 613. alio modo exponit, ut MACARA vel MECARA ex Punica Lingua, Effosiam aut Excifam sonet, hancque hujus denominationis rationem ex Fazello, Decad. I. lib. VI. Cap. II. addat, quod complura in viva ipsa rupe excifa adhuc granaria mari immineant, ad ipsumque litus in subaqueis scopolis stationem Herocleenes ferro exciderint, quo ruto ad frumenta devehelam vigia littori adhaerere possent. MACARIAM Africa insulam in situ Arabico, in ora Abexia, prope Erquicum urbem Aethiopie superioris *Sanfonius* constituit. MACARIA etiam palus est Africa apud Marathonem oppidum, in qua maxima Persarum pars, Græcis naval & terrestri pugna superioribus, infeliciter submersa est, ut ea propterea adagio locum dederit, ut alteri malum imprecantes, ipsum in MACARIAM abiire jubeamus. Quem locum alii apud *Erasmum Adag.* f. 354. b. Edit. noviss. apud inferos *ναὶ εὐφυοτέρων* sic dictum dari dicunt. Alii vero fontem in Marathonе faciunt, deque illo ex *Pausania in Atticis* lib. I. p. 58. 3. denominationis rationem facientes, narrant: Herculem, cum et Tirynthe Eurystheum fugeret, ad Ceycem, Alcyones maritum, Trachiniorum regem, amicum sibi hominem, venisse: cumque ex hominum consoritio excessisset Hercules, Eurystheum ejus sibi liberos tradi postulasse: Ceycem vero, cum propter opum tenuitatem bellum sustinere se posse diffideret, Athenas eos ad Theseum misisse, a quo pueros defendi posse speraret. Cum igitur in supplicium habitu venissent, Peloponnesios ferunt, quod Theseus petenti Eurystheo pueros dedere constantissime recusasset, Atheniensibus hunc primum bellum intulisse: ad oraculi vero monitum, victoriam in spe fore, si se unus ex Herculis liber ultro devovisset, MACARIAM, Herculis ex Dejanira filiam, cum sibi mortem concivisset, & victoria, cum aliis quamplurimi interfectis, tum Eurystheo ipso ab Hylo vel lolou Herculis filio, interemo, eiusque capite amputato, ad Alcumenam delato, compotes Atheniensis fecisse, fontique nomen dedisse MACARIAM vel fortunatam insulam, *Ptolemaeus* adducit *Geograph.* lib. IV. Cap. VIII. p. 114.

Quod nobilioris sexus homines concernit, procul dubio illud nomen bonæ significationis & boni omnis ergo tot tantisque impositum viris aequæ inter gentiles ac Christianos fuit, quod sperarent, nomen felix, felici nomine denominatis felicitatem afferre, nomen beatum beato nomine insignitus beatitudinem promittere. MACARIVS unus fuit ex quinquaginta, ab *Apollodoro Bibliotheca* lib. III. Cap. VIII. p. 188. Edit. Paris. Th. Gale. *Pausania Arcadicis* lib. VIII. p. 419. *Natali Comite Mytholog.* lib. IX. Cap. X. p. 981. alii alibi recentissimis, filiis Lycaonis, Arcadia regis impiaissimi. MACARIVS alias Aeoli fuit filius natu minimus, de quo *Archibannes apud Arbeneum Deipnosophist.* lib. X. Cap. XII. f. 444. edit. Dalechampii, nec non *Plutarchus To. II. Moralium, Parallelis*, p. 64, narrat, quod mutuo

mutuo Canaces, sororis sua, amore correptus cum ea concubuerit, ex eaque filium suscepit, cuius & pater erat & avunculus. Quam rem cum Canace patrem maxime cuperet nescire, sacris frondibus puerum tectum clanculum ad nutricem perferendum curat. Cum vero per Aëoli patris, ventorum regis, aulam efferretur, vagitu suo infelici puer proditus, avi iussu canibus objectus est. Filia autem paterensem per Satellitem misit, ut eo pro meritis iteretur, quo & necem sibi consciuisse creditur. MACARIVS vero recognita fuga salutem quæsivit, cumque Delphos venisset, Apollinis factus est Sacerdos, ad quem Ovidii manu perquam elegantem scriptis epistolas, quique ex alia, nescio an prius an postea, uxore Amphissam, Apollini amatam, quæ apud Panjaniam Phocis lib. X. p. 626, civitati Locorum Amphissæ nomen dedit, genuit. Atbenens etiam Deipnosophis lib. VI. & XIV. apud Llyodium Dictionar. Geograph. f. 494. a. MACAREI facit mentionem, antiqui Historici, qui de Coerum rebus scripsit. A Thucydide, bello Peloponnesiaco lib. III. p. 203. MACARIVS Peloponnesiorum Imperator, in bello contra Acarnanes cum Eurylocho occubuisse, ac Menedæo summam potestatem reliquissimæ dicitur. Stephanus de Urribus, Eresi, Lesbi civitatibus, mentionem faciens, ab Ereso dictam scribit, cui pater MACAR nomine. Cui ex Eusebii Histor. Eccl. lib. VI. Cap. XXXIV. p. 136. c. aliis opponendus vel potius preferendus MACAR, genere Afer, qui & appellatione MACAR & ob vitam beatam, quam divina gratia subsidio degisset, vere MACAR, id est beatus fuit, hoc est, Φρεάτης, cum ad fidei negationem, judice eum ad hanc rem magnopere cōhortante, adduci non posset, vivus crematus est. De aliis ex Gentilismo petitis MACARIIS, sive atro sint notandi lapillo, sive candido, jam nihil referam.

Quod vero Christianos, apud quos vera est *managostis* ac verus auditur *managostus*, attinet, complures apud illos inveniuntur MACARII, & quidem in primitiva statim Ecclesia, quorū ordinem & chronologiam Suidæ, Spanhemio, Labbeo, Possino, Sagittario & alii disponendam relinquunt. Ex quibus primus de quo Scriptores Ecclesiastici literarum monumentis aliquid configurantur, fuisse videtur MACARIVS, cuius iam ex Eusebio mentio facta, natione Libys, appellationeque simul & benedictione vere MACAR, cum a Judice plurimum esset admonitus, ut sub Decio, Romanorum Imperatore, anno Domini supra ducentesimum quinquagesimo primo Alexandriæ martyrio coronatus, ac vivus apud Magdeburgenses Centur. III. f. 18. combustus est. MACARIVM Cellinorum presbyterum Sozomenus Hist. Eccl. lib. VI. Cap. XXIX. p. 153. D. adducit, qui constanter affirmavit, Marcum Monachum, DEO maxime carum, ac multorum sermonibus celebratum, nunquam a se ea mysteria accepisse, quæ fas est sacerdotibus hominibus initiatis dare, sed angelum ei illa dedisse, cuius manum solum ad juncturam usque brachii se vidisse dicebat. Quæ Dauroulitis Florum Exempl. Cap. V. Tit. XXI. H. III. p. 102. quidem ut vera, de quorum certitudine vir dubitare licet, adducit; sed Magdeburgenses Centur. III. Cap. VI. Col. 4. 31. 37. ista referentes addunt: *an haec sint consentanea veritati, lector judicet.* Ubi Sozomenus causam, cur vita monastica se addixerit, refert, quod cædes fuerit non voluntaria. Cum enim adhuc puer esset, & oves circa lacum Maream pasceret, quandam ex æqualibus inter ludendum atque jocandum invitus forte interemit. Itaque veritus, ut penas daret homicidio dignas, in solitudinem per fugam se recepit. Posthac, cum triennio sub dio vixisset, parvulam sibi dominum ibi construxit, in qua viginti quinque annos ætatem degit, sèpiusque dicere fuit solitus, quod magnam pro calamitate illa gratiam haberet, cædemque illam non voluntariam appellaret salutarem, quippe quæ pia disciplina sibi & beata vita causa extitisset. Sicque illud Manuū, Epist. lib. II. Ep. I. ad Franc. Vargam, Caroli V. Imperatoris & Philippi eius filii, Hispaniarum Regis, Oratorem Venetum, verum deprehendit: *qua nobis adversa, exitiosa, prorsus misera videntur, ea saepe ita converuntur, ut ex iis ipsis multis & commoditates emanent: contra quæ speciem habent felicitatis, inde fluant, quæ acerbissima sunt, exilium, paupertas, ignominia.* Hierofa-

lymitanæ Ecclesiæ MACARIVS quidam post Hermanna mortem præfuit anno, secundum Hieronymi calculum, trecentesimo decimo octavo, septimo Constantini Imperatoris, quam, vita & officio fideliter functus Maximo, apud Sozom, Hist. Eccl, lib. II. Cap. XIX. non tam reliquit, quam tradidit, vir beatitudine nominis lui, ut Theodoretus Hist. Eccl, lib. I. Cap. III. eum celebrat, dignus & multiplicibus bonis ornatus, quem Athanasius, malleus ille hæreticorum, inter orthodoxos, qui extra suspicione in doctrina sana fuerint, numerat, quemque dedicatione Orationis contra idola & Libro de Humanitate Ve: bi condecoravit. Concilio etiam interfuit Nicæo, in quo se cum aliis masculis Ariana hæreti opposuit. Quod etiam in Synodo Sardicensi fecit, in qua Athanasii partes sustinuit, ac Ariani libere contradixit. Primum & prima:ium apud Constantinum Magnum, religiosissimum Imperatorem, ejusque matrem religiosissimam, Helenam, gratia locum occupavit, ut etiam per literas Imperatoris cura ipsi injunctæ fuerit templi exstruendi in Mambre, ubi Salvator noster in Veteri Testamento Abrahæ apparuit. Cujusmodi epistolam Eusebius lib. III, cap. LI, de Vita Constantini p. 279, lectorum oculis & desiderio exhibit. Circa crucis Salvatoris inventionem etiam mira de MACARIO hoc refert Sozom, lib. II. Cap. I. p. 26. Hist. Eccl, Helenam scilicet tres inventisse in monte Calvariaæ crucis, cumque ignara esset, quenam CHRISTI esset crux, quaque latronum, MACARIVM jam laudatum, Imperatoris matre & aliis, quos ipse circa se habebat, assumitis, ad nobilem quandam matronam Hierosolymis morbo desperato & insanabili decumbentem venisse, utque primum precatus est, ac signo dato, eam crucem Domini esse, qua mulieri adhibita, morbo eam liberaret, singulas crucis allatas, mulieri admovisse, ac duobus latronum appositis, factum quidem ineptum & plane ridiculum visum esse, quod mors nihilo minus mulierem erat jamjam occupatura, simul ac vero tercia ei fuit apposita, drepente oculos aperuisse, & viribus collectis extemplo sanam exilisse, alio tempore, eundem ejusdem crucis vi & efficacia mortuum in vitam revocasse. De quo MACARIO plura Magdeburgenses monent, Cent. IV. Cap. X. p. 883. Inter eosdem Episcopos, Hierosolymitana præpositos Ecclesiæ, MACARIVS Petri successor, sexto inventur seculo, qui ob errorum Origenis defensionem apud Evagrium, lib. IV. Cap. XXVII. ab officio remotus, postea vero succellore suo Eudochio vicissim deposito, ad mentem rediens meliorem, ac Origenem, Didymum & Evagrium anathemate feriens, in suum Episcopatum restitutus est. Seculo VII. quo in provinciis quibusdam plures metropolitani cum suis Ecclesiæ Archiepiscoporum certorum gubernationi subiecabantur, Hierosolymitanæ & Antiochenus Archiepiscopi MACARII dicuntur apud Magdeburgenses, Centur. VII. Cap. VII. col. 318. Seculi decimi quarti anno trigesimo nono Guil. Eysengrein, in Catalogo testium veritatis f. 95. b. testatur, fuisse MACARIUM primum Scotorum apud Heripolim Abbatem, natione Scotum, virum sanctissimam vitæ, doctrinæ & eloquentia singularis, qui cum a vino pro DEI amore penitus abstineret, & die quadam in medio magnatum sedens ad mensam aquam habere non potuisset, signo sanctæ crucis facto, supra vas vini magnifice & preciose calatum in mensa cunctis appositum, vinum in aquam mutavit. Cuius vero narrationis fides sit penes autorem, etiam si testes, qui huic miraculo dixerat adfuisse dicuntur, enumeret, ob ejusque signi perpetuam memoriam ad posteritatem transmittendam, Embriicho Praeful, de communis totius cleri consilio & assensu, in majori templo Heripolensi plenam ac perpetuam Præbendam Monachis Scotorum dicti monasterii corumque successoribus in perpetuum tradere & assignare affirmet. Et inter Patriarchas Constantinopolitanos MACARIUS refertur, qui post Philotheum anno Christi millesimo, trecentesimo, septuagesimo octavo, sede Patriarchali duos annos ac septem mentes obtenta, sub Andronico III. Orientalium Imperatore mortuus, Nilo locum reliquit. De quo Hilarius in notis ad Cypri Chronicum Ecclesiæ Grace p. 278. monet, ipsum obscurioris famæ ac nominis videri, idque vel incuria ac negligencia scriptorum, qui postrem illis Palæologorum temporibus, etiam in aliis negotiis consignandis plane dormivisse videntur; vel revera nihil memoria dignum egisse.

His

His aliis duo annumerandi MACARII, Patriarchæ Antiocheni, ante iam dictos MACARIOS, undecimo videlicet seculo, viventes. Quos inter junioris vitam *Hareus in vitiis Sanctorum* f. 25. prolixioribus describit verbis, quam ut omnia hic repeti queant, Armeniæque decus vocat, ac parentes habuisse scribit, Michaelem & Mariam, multa generis claritudine insignes, consanguineum & in baptismate suscepitorem, MACARIUM Majorem, qui hanc Ecclesiastam Antiochenam gubernabat. Traditum studiis, consecutum esse disciplinas liberales omnes, quibus Græcia Armeniæque pollebat, mundi illecebras interim simul fugientem aeternaque appetentem. Itaque & morienti Seniori successisse juvenem MACARIUM in juvenili aetate jam præmaturum, sed Pontificia dignitate in Eleutherum translata post aliquot annis e patriæ finibus exiisse, ac quibusdam in Societatis peregrinationem secum abductis ante omnia Palæstinam petuisse, ibique locum ligni sanctæ crucis exosculatum, ac post multa terrarum emensa itinera, cum suis comitibus in Bojoriam pervenisse, ubi miracula quædam crucis perpetratae dicuntur. Tandem vero multis peragratis locis, redditu in patriam Armeniam frustra tentato, Gandavi peste corruptum esse, & ante obitum prædictissime prater se & alios duos, quorum nomina expressit, neminem deinceps peste occubiturum. Quod & poftea rei eventus comprobavit. In Florentino Concilio *Syropoli Hisp. Ejusd. Concilii Sect. II. Cap. XVI. teste*, in tertia Græcorum Imperatoris ad Martinum Romanum Pontificem legatione MACARIUS Curunna in Hieromonachis Præpositus sacrofæcti monasterii Machinarum, quod dicitur, & Marcus Jagaris & Demetrius Angelus, Imperatoris Notarius, misi, qui Papæ animum ad communem Ecclesiæ pacem & Synodus generali sollicitarent. Imo in secunda legatione ad dictum Pontificem l. c. Sect. II. Cap. XVI. ab Imperatore Marco Jagari, Generali copiarum Duci MACARIUS Longus, in sacris monachis Præfectus Monasterii omnipotenti Deo dicati, nescio an diversus a præcedente, adjunctus est. De aliis MACARIIS alii consulendi.

Præcipue vero duo MACARII synchroni satiſtive celebres in primitiva Ecclesia apud Ægyptios, quorum *Ruffinus* præcipue *Hisp. Eccl. lib. II. Cap. VIII.* cum hoc discrimine mentionem facit, quod alterum MACARUM de superiori cremo, alterum de inferiore eremo vocat, & utrumque illis annumerat, qui per vastum eremum commigrantes, signa & prodigia apostolica simplicitate vita & cordis sinceritate faciebant. Quos & Ruffinus vidit, eorumque manibus benedicti meruit, & eorum memoriam cum Antonii, illorum Doctoris, Iïdori in Scyti, Pambi in cellulis, Moysis & Benjamoni in Nitria, Scyriom & Heliæ & Pauli in Aliote, aliis Pauli in Focis, Poemenis & Josephi in Pispiri, qui appellabatur mons Antonii, memoriam celebravit. De quibus Sozomenus, Socrates, Evagrius, Theodoretus, Ruffinus & alii in Historia Ecclesiastica, etiam Suidas multa referunt. Ægyptius statim in primis vitae anni tantum morum gravitatem vitaque integratem inter monachos præ se ferebat, ut πανθερος ἐγένετο diceretur. Exercitia multa asperiora sustinuit, de quibus ipse ad discipulum suum Evagrium cum Gregorio Nazianzeno, a quo Constantinopoli Diaconus fuerat ordinatus, in Ægyptum descendenter, cum ad ipsum in æstu solis ferventi venisset, & aqua haustum ad situm sedentiam periret, dixisse fertur: Sufficere sibi umbram, se annis totis viginti nec pane, nec aqua, nec somno ad satietatem usque usum esse. Panem suum comedisse in pondere, & aquam bibisse in mensura, & corpus suum parietibus applicando somni paululum interdum sibi surripuisse. Exercitia pietatis omnia, ut *Nicephorus Hisp. Eccl. lib. IX. Cap. XIV.* moneret, ad sumnum excoluit, quæ partim ipse invenit, partim ex aliis auditis modis omnibus absolvere est conatus. Dum culicem se pungentem, ut *Jacobus de Voragine* n. XVIII. in fine referat, manu occidit, & multum sanguinis de illo emanare videt, reprehendens se ipsum, quod propriam vindicasset injuriam, nudus sex mensibus in deserto manit, & inde a Crabronibus torus laceratus exivit. Adeo autem extenuatus & macie confectus fuit, ut non esset, unde pili barba excrecerent. Vitam ad nonagesimum annum protractis, ejusque sexaginta annos in eremo consumit. Et huic MACARIO a plurimis adscribuntur Homiliae istæ quinquaginta,

quas ante paucos annos *Itrigium nostrum & Primum Lipsiensibus edidisse typis Catalogi*  
*rundinalis docuere, quasque Gottfriedus Arnoldus reperitis vicibus in Germanicam*  
*transfusas lingvam solis disco exposuit. Quibus, ut Scultetus, medulla Patrum, Tom. III,*  
*p. 427. annotat, non tam demonstrationibus rationum, quam similitudinibus illufra-*  
*tionum uitur. Alter MACARIUS, Ægyptius dictus, alias Socrate judice Lib. IV. Cap.*  
*XXIII. f. 355. per omnia similis Ægyptio, dissimilis vero morum comitate & suavitate;*  
*qua erga accedentes hilaris erat & urbanitate & suavitate, qua juniores ad monastice vi-*  
*ta cupiditatem invitabat & adducebat, cum alter & reverendus & austerus erga acceden-*  
*tes esset. Miracula tot tantaque uterque patravit, ut de utroque posit dici, quod*  
*Socrates, l. c. de seniore sive Ægyptio habet: tot curationes ac sanationes fe-*  
*cit, & tot Demones ex obsessis expulit, ut que per gratiam Dei perficit, proprios*  
*commentarios requirent. Ex quibus paucula, & quidem, que ex antiquis hi-*  
*storiarum monumentis a neotericis perita sunt, adducere luber. Palladius Hisp. Laus,*  
*c. XX. & eoque B. Geierus Considerat. Temporis & aeternitatis Evangel. Tom. II. Dom. XVI,*  
*p. Tr. in fine p. 772. Carpzovius Conc. Fun. Tom. II. p. 1426. Idem Sacrificio Eucharist,*  
*pro peste finita, p. 250. Spizelius Literato Feliciss. p. 113. ita refert: MACARIVM Ale-*  
*xandrinum statuisse aliquando quinque dies solam mente suam ita componere, ut a*  
*Deo avelli non posset, & nihil aliud omnino cogitaret, quam Deum, & ut Φερανούς*  
*ΜΑΚΑΡΙΟΣ coelestem μαναζήν; idque cum apud se statuisset, clausisse cellam suam &*  
*aulam intrinsecus, ut nulli responsum daret. Utque mentem suam eo melius ad me-*  
*ditationes illas divinas atque coelestes prepararet, anime sua acclamasse: en ascensio*  
*coelum, cave ante constitutum tempus terram aspicias, hic ordinibus angelorum inter-*  
*es, hic DEO frueris. Cumque in illis meditationibus animam suam per duos integratos*  
*dies sine impedimento & non interrupte sustentasset, diabolus ejusmodi dulcedinem*  
*coelestem MACARIO invidiisse, utque interrumperet eam, cellulam ejus incendiisse, sed*  
*cum etiam pavimentum tabulatum flammas concepisset, ac ignis astus devotionem fe-*  
*meli inceptam & conceptam impeditre videretur, præ ejus dulcedine nec flammas nec*  
*flammarum astus curasse. Ruffinus Hisp. Eccl. Lib. II. Cap. IV. f. 251. ex eoque Arnoldus,*  
*in vera effigie primorum Christianorum in fide & vita, Tom. II. Lib. VII. Cap. II. n. 5. f. 137.*  
*a. narrat: coecum quandam rogasse, deduci se ad cellulam MACARII, qua erat in*  
*deserto, itinere trium dierum. Quo postquam coecus multo ducentium*  
*labora pervenit, MACARIVM non reperiisse domi. Contristatum valde, nullaten-*  
*nus mitigare molestiam potuisse, sanitatis solatio carentem. Tum vero fervore fi-*  
*dei concalcentem: deprecor, dixisse ad eos, qui deduxerant, applicate me ad istam*  
*partem parietis, ubi cubare senior solet. Et cum fuisset admotus, parum luti aridi,*  
*quo paries oblitus videbatur, assumentem, palmæ sua superposuisse. Rogasse etiam,*  
*ut aquam de puto, ex quo bibere solebat, haurirent. Quare solventem glebulam,*  
*eodemque luto oculos suos superinungentem & lavantem de aqua, qua hausta fuerat,*  
*repente accepisse visum, ita ut nullo indigenis adminiculo, rediret ad sua. In Vitis*  
*Patrum, a Majore editis, p. 47. ex iisque a Lutero nostro To. VI. Altenb. f. 640. a. &*  
*To. VII. f. 77. a. refertur: cuiusdam e vicino oppido patrisfamilias virgo filia, per*  
*phantasias magicas, videbatur hominibus in equinum animal versa, ut putaretur equa*  
*esse, & non puella. Hanc adduxerunt ad eum, tunc ille percunctatur: quid sibi vel-*  
*lent? Ajunt parentes ejus: equa haec, quam vident oculi Tui, puella virgo & filia no-*  
*stra fuit, sed homines pessimi magicis artibus in animal hoc, quod vides, eam verte-*  
*runt. Rogamus ergo, ut ores Dominum, & commutes eam in id, quod fuit. At ille ait:*  
*Ego hanc, quam ostenditis mihi, puellam video, nihil in se pecudis haben-*  
*tem. Hoc autem, quod dicitis, non est in ejus corpore, sed in oculis invenientium.*  
*Phantasie enim dæmonum sunt illæ, non veritas rerum. Et cum introduxisset eam*  
*cum parentibus suis intra cellulam, fixis genibus orare CHRISTVM coepit, simul-*  
*que & parentes horribatur, secum Domino supplicare, & post hac perungentes eam*  
*oleo in nomine Domini, omni fallacia visus expulsa, virginem videri omnibus etiam*

ut

ut sibi videbatur, effecit. *Ibidem* p. 48. ex iisque *Dauroult*, libro superius citato Cap. I. Tit. XIII. n. I. p. 23, narrat, venisse aliquando ad MACARIVM hæreticum quendam Hieracytam, quod genus hærefoe apud Ægyptum invenitur. Hic cum per multam loquendi artem, plurimos fratrum, qui habitabant in eremo, conturbaret, ausus est etiam coram ipso fidei sue afflere pravitatem. Cui cum resistebet senior & contradiceret, ille verba simplicia argumentis callidis eluebat. Sed cum videret sanctus, fidem fratrum periclitari: quid opus est, inquit, nos verbis contendere ad subversionem audientium? Examens ad sepulchra fratrum, qui nos præcesserunt in Domino, & cui nostrum concesserit Dominus, sufficere mortuum de sepulchro, sciant omnes, quia illius fides probatur a DEO. Sermo hic omnibus, qui aderant, fratribus placuit. Præcesserunt ad sepulchra, hortatur MACARIVS Hieracytam, ut evocaret mortuum in nomine Domini. At ille: tu, inquit, qui proponisti, prior evoca. Et MACARIVS profternens se in oratione ante Dominum, ubi sufficienter oravit, elevatis sursum suis oculis ad DEum ait: Tu, Domine, quis ex duobus nobis rectam fidem teneat, ostende, elevato mortuo hoc. Et cum haec dixisset, fratris cuiusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus, evocavit; cui ille, cum de tumulo respondeisset, accedentes fratres continuo, quæ superposita erant, auferunt, & eductum cum de sepulchro, resolutis fasciis, quibus conficitus erat, exhibuerunt viventem. Hieracytam vero, ubi haec vidit, obstupefactus in fugam veritur. Quem fratres quoque omnes insequentes, extra terminos terræ illius exturbaverunt. De altero MACARIO, Alexandrino dicto, *cudem vita Majoris* p. 49. ex iisque *Titius Loci Histor.* *Ibeol.* p. 399. & alii ista narrant: Videl aliquando per totam Ecclesiam, quasi parvulos quosdam pueros æthiopes tetros discurrent, huc atque illuc, & velut volitando deferri. Mores autem eis inibi sedentibus cunctis, ab uno dici Psalmum, caeteris vel audientibus vel respondentibus. Discurrentes ergo illi æthiopes pueri, singulis quibusque sedentibus alludebant, & si cui duobus digitalis oculos compressissent, statim dormitabat. Si cui vero in os immersissent digitum, oscitare eum faciebant. Ubi vero post Psalmum ad ordinum processissent fratres, præcurrebant nihilominus singulos, & ante aliud jacentem in Oratione quasi mulierum specie ferebantur, ante aliud quasi ædificantes, aut portantes aliquid, aut diversa quæque agentes apparebant. Et quæcumque demones quasi ludendo formarent, haec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant. A nonnullis tamen ubi aliquid horum agere coepissent, quasi vi quadam repulsi præcipites dejeiebantur, ita ut nec stare quidem profluisse aut transire juxta eos auderent, alii vero etiam infirmis fratribus supra cervices & dorla ludebant, quia non erant in sua oratione intenti. Haec cum vidisset sanctus MACARIUS, ingenuit graviter, & lacrymas profundens ad Dominum: respice, ait, Domine, & ne fileas, neque mitigeris DEUS. Exurge, ut dispersantur inimici tui, & fugiant a facie tua, quoniam anima nostra repleta illusionibus. Post orationem tamen examinanda veritatis gratia seorsim evocatis singulis quibusque fratribus, ante quorum faciem viderat demones diverso habitu & variis imaginibus ludentes, requirabit ab eis, si in oratione vel ædificandi cogitationes habuerit, veliter agendi, vel alia diversa, quæ unicuique imaginata per demones viderat, & singuli corum ita conficebantur in corde suo fuisse, ut ille arguebat. Et tunc intellegitum est, quod omnes varæ & superflua cogitationes, quas vel Psalmorum, vel orationum tempore unusquisque conceperit, ex illusione demonum fiant, ab his autem, qui omni custodia servant cor suum, terti repelluntur æthiopes. DEO enim conjuncta mens, & in ipsum præcipue Orationis tempore intenta, nihil alienum, nihil superfluum recipit. Alia ex illis Patrum vitis adducere supersedeo, ac unicum ex *Jacobi de Voraginel. c. n. XIX.* ubi plures de MACARIIS relationes, repeto, quia *Carpzovius nostrarum Com. Fan.* Tom. I. p. 640. refert: Videl MACARIUS Satanam transeuntem in habitu hominis, & habentem vestimentum lineum laceratum, & per omnia foramina dependebant ampullæ, & dixit ei: Quo vadis? Tuncille: vado potionare fratres. Cui MACARIUS: Quare rotampullas portas? Respondit: gustum fratribus porto, & si unum alicui non placebit, offeram aliud, vel tertio, & sic per ordinem, ut aliud placeat.

Ex qua Legenda, non tam Aurea, quæ dicitur: quam, ut alii dicitur, Plumbea, quam *Ludovicus Vives* non dubitavit dicere ab homine oris ferrei, cordis plumbei esse scriptam, de qua *Vossius de Hisp. Lat.* Lib. II. Cap. LX. fin. p. 492. more suo nonnisi docta & undique conquisita haber, plura adducere possem, nisi relatio eorum non exterritate, sed otiosorum monachorum cerebro nata videretur. Illud tamen non prætereundum puto, quod de utriusque MACARII perfecutione referit *Sozom. Hisp. Ecl. lib. VI.* Cap. XX. p. 147. *Ruffinus Hisp. Eccles. lib. II. Cap. XIV. f. 25r.* *Magdeburg. Centur. IV.* Cap. II. col. 18. *Pappus Epit. Hisp. Ecl. p. 48.* *Bobemus Epit. Hisp. Ecl. N. T. p. 185.* Sub Valente Imperatore, Ariana heretici addictissimo, a morte Athanasi Lucio Ecclesi Alexandrinae gubernacula tradunt, Petro, cui Athanasius Episcopatum commiserat, ex Episcopatu in carcерem detruso. Hic arbitratuſ, ac si efficeret, ut monachi in cœmo Ägypti in opinionem suam descenderent, quoniam illis persuaderet non poterat, vi aggreditur. Et cum ne ita eos in suas pertrahi posse partes videret, MACARIOS duos, armata militum manu noctu comprehensos, in insulam quandam Ägypti paludibus circumdatam, deducebat. Hanc viri superstitioni & religionis Christianæ mysteria haudquaque initiati incolebant, liquidem delubro plane vetustissimo, quod apud ipsos erat, multum venerationis cultusque tribuerunt. Postquam vero monachi eo appulere, memorant, illis in insulam jam ingressuris filiam sacerdotis dæmone agitata obviam prodiisse. Quæ cum curreret, clamaretque, homines insulare re adeo improvisa atque admirabilis obstupefactos eam fecutam esse. Ubi autem venit ad navem, quæ sanctos illos senes eo adixerat, humi pro voluntate eos supplicem obtulisti, & vocē magna sic clamare coepisse: quid ad nos, o magni DEI famuli, venistis? Nam hæc insula nostrum vetus domicilium est. Nemini quicquam facestis negoti, sed hic omnibus mortalibus incogniti delicescimus, istis paludibus undique circumclusi. Quodsi vobis ita placuerit, occupate nostram possefionem & vestram propriam facite, nos cedemus. Atque hæc quidem hasce profudit voces. Ut autem MACARII dæmonium inculpaverant, puella ad sanam mentem rediit. Qua de causa ejus Parer cum sua familia, qui etiam omnes insula habitatores ad fidem Christi se transtulerunt. Postremo delubrum suum ubi diruerant, in Ecclesiam commutarunt. Quæ res Alexandrinis nuntiatae, non mediocriter animum Lucii divexabant. Nam parum aberat, quin a sui ipsius fautoribus in odium vocatus fuisset, utpote qui non hominibus, sed ipsi DEO, bellum aperre denuntiasse. Itaque confessim mandatum occulce dat, ut MACARII cum suis comitibus ad sedes suas ac solitudinem revertantur.

Cum vero nulla res tam sacra, quin profani manibus ad profanos usus afferatur, non sit angelus lucis, quin in eius formam diabolus abeat, nec DEI tremendum nomen atque mysterium, quin Satanas οὐρανός ad gentilium idolatriam abutatur, sic nec nomen MACARII beatum MACARIIS vere μαρκίος proprium & familiare manere potuit, quin ad impios & hereticos etiam fuerit derivatum, vel potius ab ipsis harpagatum, ac injusto titulo usurpatum. *Cyprianus lib. II. Epist. X. & lib. III. Ep. II. & III. apud Magdeburg. Centur. III. col. 186.* inter Novati erroribus adductos numerat MACARIVM, Nicostratum, Urbanum & Sidonium, contra Cornelium Episcopum Romanum Novati errores propugnantes. Et Ario adhæsit quidam MACARIVS nomine, propereaque una cum Euzoio, Julio, Mena, & Helladio, juxta *Socratem Hisp. Ecl. lib. I. Cap. VI.* & *Theodor. lib. I. Cap. IV.* ex iisque *Magdeburg. Cent. IV. Cap. X. col. 1350. 12.* ab Alexandro orthodoxo Episcopo ejectus, quem MACARIVM ibidem *Centur. IV. Cap. XI. col. 1375. 12.* presbyterum cum Martyrio & Hesichio Diaconis ipse Athanasius Apologia II. Eusebianorum legatos apud Julianum, Romanum Episcopum, contra se fuisse testatur. MACARII, Antiochiae Episcopi, Monothelitarum unam in CHRISTO voluntarem statuentium heresi addictissimi mentionem facit *Microlius Hisp. Eccles. lib. II. Sect. II. Qv. XX. n. 6.* p. 393. edit. noviss. *Bobemus Hisp. Ecl. N. T. p. 1063.* *Latus Compend. Hisp. Univers. Civilis & Ecl. p. 172.* qui in sexto Concilio Generali, Constantinopolin Trullo CCLXXX. Episcopis habite,

&amp;a

& a Constantino IV. religione orthodoxa addictissimo ad Ecclesias, ob errorem Monothelitarum scissas uniendas, convocato, praesens fuit. Ubi ipse Imperator Patres est hortatus, ut veritatem remotis omnibus philosophorum concertationibus ex unis sanctorum scriptorum monumentis conarentur eruere. Ubi Monothelita damnata, Constantinopolitanus Patriarcha a sententia destitutus, MACARIUS perseveravit, citiusque milles se moriturum, quam de suspicta sententia discessurum dixit. Quam vocem ubi Imperator & Catholici audierant, ira perciti, orarium collo demi iusserrunt, eumque ex Concilio pulsum, anathemate persecuti sunt. Factum est autem, ut eadem hora arce omnes aranearum telæ conclavis e laquearibus lapsæ sint, MACARIUS in Italiam relegatus, & Theophanes in ejus locum suffecitus. Cujus concilii summum ex Photio Hilarius adducit, *Notis ad Cyprum Chronicon Ecclesie Graecie*, p. 76. Imo inter Manichaeos impiissimos hereticos certa iuxta Augustinum de heresis Cap. XLIV. p. 222. Edit. Danæi Helmstad. & Hottingerum Hist. Eccl. To. I. p. 150. fuit facta, quæ MACARIOS se vocavit.

Sed valeant isti, & alii hoc genus MACARII, & abeant cum suo nomine ad MACARIAM Gentilium, in qua post hanc vitam apud inferos beati vivere credebantur. Nobis vero MACARII vere μακάριοι jam campum aperire possent in MACARII nostri Φερόνιμος & viri sui nominis laudes excurrendi, quando vitam ipsius & officium, officiique functionem, functionisque fidelitatem, fidelitatisque continuationem ad antiquos antea recentitos MACARIOS, tanquam ad speculum accommodare, vel antiquos MACARIOS ad Nostrum applicare animus esset. Præcipue quando nobis proponimus blandos mores, mirificam humanitatem, sermonis dulcedinem, doctrinae ubertatem, quam gustare & regustare erat Ambrosia & Nectare satiari, animum omnibus expositum, studium omnium inserviendi commodo propensissimum, MACARIVM nostrum vere μακάριοι possemus dicere, nobis referre, imo reddere MACARIVM illum Alexandrinum, qui iuxta Scultetum medullæ Patrum To. III. p. 402. ex Nicæbore lib IX. Cap. IV. testimonium, ab Ægypto nonnisi moribus abibat, quod in colloquio hilaris & jucundus, urbanis salibus utens, juvenes ad studium & exercitium pietatis adduxerit. Ubi MACARII isti antiqui Ariadneum filum porrigerere possent, qui Mæandros μακάριοι MACARII nostri vere MACARII vita, nativitatibus, studiorum & officiorum, quibus satis fideliter functus est, feliciter & sine errore itu & reditu absolvere cogitaret. Sed jam sufficiunt ex ipsis sacris literis, tanquam verbo veritatis, πάτερ λόγος καὶ πάτησις ἀπόδοσης αὐτῷ probasse, MACARIVM nostrum Virum sui nominis fuisse MACARIVM μακάριον, exindeque veram ejus μακάρια delineasse ac descripsisse.

Erat vero MACARIUS noster μακάριος, Φερόνιμος sive Vir sui nominis non tantum in eo, quod a DEO constitutus erat, & electus & vocatus, ut in Ecclesia Christiana esset Salvator, εἰν Seligmann/ εἰν Seligmacher/ 1. Tim. IV. 16. Sed & Salvator, εἰν Heyland/ ut a Vulgato & Lutherio nostro Doctores Ecclesiæ publici eosque inter Sacerdos tuus μακάριος Obad. v. 21. vocatur. De qua, Sacerdoti cui μακάριον ex jam citato loco petita denominatione ac nominis derivatione in meis sub finem præterlapsi anni ad Te datus, ac publice extantibus, nonnulla me monuisse nosti, camque illo tempore non tam ipsum MACARIUM nostrum ejusque μακάριos respexisse, quam officium ejus & auditores, in quorum commodum & salutem officium suum gerebat & exercebat. Jam ulterius MACARIUM nostrum Φερόνιμον sive Virum sui nominis fuisse dico, quando fidem & vitam ejus considero, & quidem MACARIUM vere μακάριον, extra μακάρια coelestem & æternam adhuc constitutum, ut, sicuti MAKAPIAN, μεχετταῖς οὐδὲν πέπλον οὐ γενέα MAKAPIZOTEIN, Luc. I. 48. & sicuti MAKAPIZOMEN τὸς ὑπουρίωντας, Jacob. V. II. ita merito nos, qui MACARIO jam vere μακάριο superflites sumus, μακάριον vel beatum prædicamus MACARIUM nostrum Φερόνιμον. Beatitudines enim istas, quas JESUS ὁ MAKARIOΣ, καὶ μέν διανήσῃ, οὐ βασιλεὺς τῶν βασιλευοντων, οὐ κύρος τῶν κυρείοντων, 1. Tim. VI. 15. de suis discipulis omniibusque ipsorum prementibus vestigia.

Matth. V. 3. seqq. depradicavit, de MACARIO nostro μακάρῳ affirmare possumus.

Si enim MAKARIOI οἱ πλαχοὶ τῷ πνευματι, ὅτι ἀντανέψησεν ἐπινόθι βασιλεῖα τὸν ἡγανῶν, & MACARIUS noster Φεράνυμος his in terris μακάρῳ fuit ipsiusque fuit regnum coelorum. Paradoxon quidem hoc CHRISTI effatum esse videtur, quo pauperes reges esse dicit, vel, ut Iohannis Feri, concionatoris Moguntini, verba vera Evangelica ex Comment. in Matth. Lib. I. p. 123, mea faciam: *quid tam absconditum, quam paupertatem esse beatam?* Confundit Christus hoc verbo omnes mundi sapientes, dejicit, quicquid unquam bac de re Philosophi scriperunt. Verum non simpliciter dicit, Beati pauperes: sed pauperes Spiritu. Qui autem sunt pauperes Spiritu, agnoscet ex his, qui corpore pauperes sunt. Pauperes corpore sunt, qui non habent, quod ad vitæ necessitatem pertinet, nec quicquam, in quod possent confidere, sciant alienam beneficentiam sibi necessariam: agnoscunt se mendicos, humiliant se coram iis, qui sublevare possunt eorum inopiam. Eodem modo pauper Spiritu est, qui misericordiam suam agnoscit & peccata: videt se Dei iudicio obnoxium, & ob id timet. Deinde videt nihil esse in se ipso, nec in aliquacreatura, quo liberari posse a iudicio Dei: proinde nec in se, nec in quacunque creatura sperat. Verum ad omnis boni fontem currit, a solo Deo pendet: hunc invocat, huic detegit misericordiam suam, qui dives est in omnes, qui invocant illum. In summa, paupertas illa profundi sima est humilitas, & ante DELUM (ut ita dicam) nibilitas: vel ut David ait, *Spiritus concutitus, contritus, humiliatus, abjectus, nihil sibi tribuens, sed omnia in Deum referens, cuius omnia sunt, &c.* MACARIUS enim noster in sua iustitia & sanctitate diffusus, in se ipso plane desperavit, ac unice in CHRISTO JESU salutem animæ & gratiam Dei quasivit & invenit, qua regnum coelorum dicitur, quia juxta explicationem Gerhardi, Notis in h. l. p. 253. (1) est coelesti quid in his terris non videtur, (2) quia est eternum (3) quia illis datur, quorum πολύτευμα in coelis, quorum anima est coelum, hoc est, sedes Dei. Sicque MACARIUS noster vere Φεράνυμος fuit.

Si MAKARIOI οἱ πενθέτες, ὅτι ἀντοὶ κληροκοποῦσαι, & MACARII nostrum Φεράνυμον fuisse, dicendum est. Lugebat enim imaginis divinae anusionem, ac tortus generis humani ac sui ipsius intimam corruptionem, boni debiti intermissionem, & mali malitiam commissionem, diaboli tentationes & insidias, mundi persecutions & illecebras, carnis allectiones & infirmitates, & sentiebat contra haec omnia divinam consolationem, sibique ad veritatem firmissime persuadebat, certam ab omnibus maliis liberationem, luctu in gaudium permutationem, æternam corporis & animæ glorificationem, largissimamque a DEO ex gratia promissam retributionem.

Si MAKARIOI οἱ πενθέτες, ὅτι αὐτοὶ κληροκοποῦσαι τὸν γῆν, & MACARIUS noster Φεράνυμος fuit, quando, ut Chromatius in h. I. p. 123 explicat, fuit mansuetus, humili, modestus, in fide simplex, & ad omnem injuriā patiens, qui praeceptis Evangelicis institutus dominica manufestudinis imitatus est exemplum, ac veritatem effati Paulini I. Tim. IV. 8. expertus est, pietatem ad omnia esse utilē, ac habere promisionem praesentis & futurae vitæ.

Si MAKARIOI οἱ πενθέτες καὶ διψῶντες τὸν δικαιοτέννυν, ὅτι αὐτοὶ χορταδῆσονται: & MACARIUS noster Φεράνυμος fuit, dum, ut iterum Ferus jam laudatus I. c. p. 129. Evangelicorum more, Evangelico ore, ut testis veritatis loquitur, desiderium sensit iustitiae, quam Paulus ubique predicit, qua coram Deo justus fuit & purus, ac totis viribus ad hoc natus est, ut vere justus esset: qui se pauperem, miserum, ac peccatorem & ad omnem bonum insufficientem agnoscebat, & ob id ardentis desiderio gratiam coelestem, misericordiam, amorem iustitiamque Dei desiderabat, sicut famam & stimul felicissimam sentiebat, nihilque se beatius, qui fidam infirmitatem semper agnoscebat, & divinam gratiam esuris & cognitione proprie imbecillitatis, sicut esuris corporis & stomachi vacuitate precepit. Vel ut Roveti verba ex Comment. in Psal. XVI. Tom. II. Opp. f. 69. a. meafiam, debemens constansque divine iustitiae, id est justificationis sanctificationisque in

CHRI-

C<sup>H</sup>IRSTO desiderium, & dolor luctusque ex sensu peccatorum & iniustitiae proprie in ipso fuit, quamdiu in his terris vixit; ita suorum desideriorum a Deo omnis boni datore compos factus veris bonis impletus est, & sicut fide bibit ex aqua, quam CHRISTUS ipse dedit, ita non sitiet in eternum, sed aqua illa, quam dedit ei JESUS, quamque sibi bundus haufit, facta est ei fons aquæ salientis in vitam eternam, juxta CHRISTI promissionem Johan. IV, 14.

Si MAKAPIOI οἱ ἐλεύθεροι, οἱ αὐτοὶ ἐλευθεροις, & MACARIVS noster vere μακαρίοι, fuit, dum per fidem justus ex fide prodeunte charitatem, ex charitate mutuum proximi malorum sensum ostendit, nec ullius, quæ vera vera misericordia in doles, hominis malis aut miferiis exultavit, sed illis sibilevandis καθάπαυσι occupatus fuit, ut verbo non tantum dilexerit, sed opere & veritate, omniaque bona, tam animam quam corpus concernentia, a DEI misericordia, non ex operibus, sed ex gratia consecutus fuerit.

Si MAKAPIOI οἱ ἐλεύθεροι τῇ καζδίᾳ, οἱ αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄντας, & MACARIVS noster vere μακαρίοι, οἱ φερόντων, five vir sui nominis fuit, dum cor per fidem purificatum habuit, Actor, XV, 9. ac puritate per fidem in Justificatione imputata, imputata inquam cum Paulo ex Philipp. III, 6. 7. 8. 9. contra Papistarum blasphemias, qui putatiam & puritatem vocant illam per fidem imputatam justitiam, dicta imputata, inquam, gavifus, vita sanctitatem operunque puritatem non externis coloribus incrassatam, aut simulatae hypocriteos fuso cerussatam, ex corde puro perque CHRISTI sanguinem purificato & ab intentione perverfa ac vitiosis affectibus integro prodeunte probare studuit, oculis fidei DEum in regno gratia vidit, visurus ipsum non amplius διέστητεν εἰς αἰώνας, ἀλλὰ πρόσωπον πρέσβεας προσωποῦ.

Si MAKAPIOI οἱ οἱ νηπιοι, οἱ αἱ τοὶ υἱοὶ εἰς μαθήτων, & MACARIVS noster vere μακαρίοι, dupli ratione φερόντων, five Vir sui nominis fuit, dum ut IRENO-PLVTUS iustificatus ex fide pacem habuit erga DEum per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, Rom. V, 1. & ut εἰπονται, secundum Chromatii in h.l. deductionem, eos, a quibus ipse offensus erat, sibi; eos, qui inter se dissidebant, sibi mutuo ; denique eos, quibus cum DEO non conveniebat DEO reconciliare conabatur, perpendens illud Talmudis apud Lightfootum Horis Hebraicis & Talmudicis in Quatuor Evangelistis, p. 256: Pacificatio inter vicinos inter ea numeratur, que fructum bonum edunt in hac vita, atque usum fructum in vita futura. Et juxta Chrysostomum, non sufficeret sibi putabat, se esse pacatum, nisi accessisset pacis inter alios conciliante studium, dum pacem ad DEum habeat, atque ad eandem alios adducerebat, sibi a DEO pacis, Rom. XV, 33. XVI, 20, 1. Cor. XIV, 33. Phil. IV, 9. 1. Theff, V, 23, ministerium reconciliationis vel pacis esse datum ratus, ut sicut DEVIS nos sibi per CHRISTVM, pacis principem, Ef. IX, 6, reconciliavit, 2. Cor. V, 19. ita alios a DEO diffidentes ac propter peccatum ab ipso averfatos, per Evangelium pacis DEO reconciliatos redderet, sicutque se filium DEI, per CHRISTVM fratrem, sibi reconciliati, Patri suo suisque fratribus per pacis studium probaret, ita ut iam inter turbas hujus mundi bellicas & armorum strepitus filius DEI fuerit, licer illa gloria nondum omnibus apparuerit, 1. Joh. III, 3.

Si MAKAPIOI οἱ δεδιόγμενοι ἔνεκεν δικαιοσύνης, οἱ αὐτοὶ εἴσοντες ἡ βασιλεία τῶν θεοντων, Si MAKAPIOI οἱ πάχοντες διε δικαιοσύνην, 1. Petr. III, 14. Si MAKAPIOI αἱρε, δε ὑπομένει πεν-  
εργασμον, οἱ δόκιμοι, γενέσειν, ληψεται τὸν σέφανον τῆς ζωῆς, οἱ εἰποντειλατο ὁ κύρος τοῖς ἀγαπῶντας αὐτὲν, MACARIVS noster vere μακαρίοι, φερόντων, fuisse dici potest, mudnon raro a mundi impietate, cuius vita & virtuorum non rarum isque acerrimus atque vehementissimus erat objurgator, multa mala fuit passus, eaque passione exultavit, paratus majora & graviora, si DEI ferret voluntas, pari, imo ob iustitia prædicationem & exercitium sanguinem effundere, in regno gratia constanter sub Monarcha coelestis gubernaculo viveret, siveque capiti CHRISTO Spiritus sui gratia indivulso nexu unitus permaneret, inque via adhuc constitutus πολιτευειν in caelis haberet, tandem, que in gloria regnum ex gratia regno transiret.

Si denique MAKARIO<sup>S</sup>, ἐν οὐειδέσκοις καὶ διώσποντι, καὶ λέγοντι πᾶν πονηρὸν ὅμηρον καὶ αὐτὸν, Φευδόμενος, ἐνεκεν χριστῷ, ὃ τὸ μαθῆταν πολὺς ἐν τοῖς ἔργοις, MACARIUS noster Φεγανύμ<sup>θ</sup>, & vir sui nominis fuit, dum in mundi technis & infidiliis non affligebatur ὡς Φονεὺς, καὶ πλέοντος, ἢ πακοποῖος, ἢ ἀλλοτριοπίσκοπος, ἀλλ' ὡς χειρισμός, eaque passio-ne non pudiciebat, sed glorificabat DEUM. Iac in parte, præcipue quod οὐειδέσκοις ἐν ἑόρατῃ χριστῷ MAKARIO<sup>S</sup>, 1. Petr. IV, 14. 15. 16. cogitans vitam aeternam, que merces & donum vel gratia. Donum quidem, ut iterum bene monet testis ille coelestis veritatis, Job. Ferus, h. l. p. 142. quia sola munificencia Dei, nullo nostro merito, nullaque jure nobis datur. Non enim sunt condi-gna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis, Rom. VIII, 18. Est quoque merces, non quod nos promere amur, sed quod gratis a DEO promissa est. Proin-de enim merces dicitur, quod debita sit, non propter aliquid opus nostrum, sed ob promissio-nem bonamque DEI voluntatem. Non igitur opus vel passio respicenda est, sed voluntas DEI: ita enim Paulus docet, charitatem exhibere erga sanctos, propter spem repositam in celis, sed quam concipi ex promissione DEI promittentis coelestia. Nihil igitur de mercede: verax & fideli est DEUS, tu autem quocunque potes manus tua, instanter o-perare: neque tanti opera tua estimas, commite DEO: quanto tu eam a iusta & similes, tanto minor a etadem estimat DEUS, & contra. Ult de MACARIO nostro Φεγανύμ<sup>θ</sup> ad ipsum MACARIUM mihi ex Salvatoris nostri ore ista audiri videantur: MAKARIO<sup>S</sup> ὁ MACARIO<sup>S</sup>, ὁ πενήντας ἐν τῷ νῦν καιρῷ, ὃν χριστέται. MAKARIO<sup>S</sup> ὁ MACARIO<sup>S</sup> κλαύσας ἐν τῷ νῦν καιρῷ, ΜΑΚΑΡΙΟ<sup>S</sup> ὁ ΜΑΚΑΡΙΟ<sup>S</sup> ἐστιν, ἐν εὐλόγοις ὁ ἀνθρώπους, καὶ φύσεων αὐτοῦ, καὶ ανθροποῖος, καὶ ἐξεβάλον τὸ σύμφωνον τῶν πονηρῶν, ἐνεκεν τῇ νῦν τῇ ἀνθρώπων, χαίρει νῦν καὶ σπιτά, ὃν ὁ μαθῆτας πολὺς ἐν τῷ θεῷ αἴτιος. Luca VI, 21. 22. 23.

Imo si iuxta effatum Salvatoris nostri MAKARIO<sup>S</sup>, δε ἐαν μὴ σκαβελαθῇ ἐν χριστῷ Matth. XI, 6. & MACARIO<sup>S</sup> noster MAKARIO<sup>S</sup> fuit, quod non tantum sermo ille de CHRISTO, qui iis quidem, qui pereunt, stultitia est, sibi cum aliis credentibus, qui ser-vantur, potentia DEI fuit, sed ipse CHRISTUM prædicavit Cruci fixum, ιεδάσις μὲν σπάνδαλον, Ελλοις δὲ μηχαίνη, ipfis autem vocatis, tum Judeis, tum Græcis, CHRISTUM DEI potentiam ac DEI sapientiam, 1. Corinth. I, 18, 22, 23. Si MAKARIO<sup>S</sup> Σιμων Βαρ<sup>θ</sup>ολ<sup>ε</sup>ων proper confessionem suam de CHRISTO θεαθρόντων, ὃν τὸ σάρξ καὶ ἡματία ἐν ἀπε-καλυψεν αὐτῷ, διὰ ὃ πατεῖ χριστός ὁ ἐν τοῖς ἔργοις, Matth. XVI, 17. Et MACARIO<sup>S</sup> noster Φεγανύμ<sup>θ</sup> fuit, quod Salvatorem suum ingenue & aperte confessus est coram homi-nibus, confessurum sc̄, imo jam confidentem se coram Patre suo, qui in celis est, Matth. X, 32. Cogitans subinde illud Pauli: Si confessus fueris ore tuo Dominum JESUM, & credideris in corde tuo, quod DEUS cum exit, ruit a mortuis, servaberis. Corde enim cre-ditur ad fustigiam, ore autem Confessio fit ad salutem, Roman. X, 9. 10. qui se ipsum MAKARIO<sup>S</sup> ducebat, quod causam suam apud Agrippam esset dicturus, Actor, XXVI, 2. Si MAKARIO<sup>S</sup> servus ille, quem, cum venerit Dominus, invenerit dantem famulitio suo alimentum in tempore, Matth. XXIV, 45, 46. & dimensum, Luc. XII, 38, 43. & MA-CARIVS noster Φεγανύμ<sup>θ</sup> fuit, quod famulitio DEI panem de celo deli-cendentem ac mundo vitam afferentem in cibum oblitum, ut eo vescentes non morerentur, sed in aeternum viverent, Johann. VI, 33, 35, 50, 51. ac vita aquam propinavit, ut bibentes ex aqua illa viva, non sicut in aeternum, sed oblata aqua fiat in ipsis fons aquæ salientis in vitam aeternam, Johan. IV, 10, 14. Si MAKARIO<sup>S</sup>, qui faciens epulum, pauperes vocat mancos, claudos, coecos, qui non possunt gratiam retribuere, cui retribuitur in resur-rectione justorum, Luc. XIV, 13, 14. MACARIO<sup>S</sup> noster Φεγανύμ<sup>θ</sup> fuit, quod man-cis, coecis, claudiis, panem apparavit in regno coelorum comedendum, Luc. XIV, 15, ac ne naturali sua impotentia aut virium insufficientia, quæ Tertulliano dicitur, vel potius αἵτοια accubitu coelesti excluderentur, & fruitione salutari privarentur, miseros istos homines ex plateis & vicis urbis, ad Domini præceptum, adduxit, Luc. XIV, 21, subinde vocatorum salutem & votacionis παναρίαν laudans, ingeminando: MAKARIO<sup>S</sup> ὁ εἰς τὸ δεῖπνον τὴν γάρτην τὸ ἀρνίον πέλλειν το, Apoc. XIX, 9. Et quia dapibus illis coelestibus vi-tam spiritualem confirmantibus & servantibus verbum Dei vivificum merito annume-ratur,

ratur, Esaï, XXXIX, 16. ut MACARIUS Φεράνυμ<sup>Θ</sup> una illud Salvatoris nostri alta voce invitatis acclamavit: ΜΑΚΑΡΙΟΙ οἱ ἀκόντες τὸν λόγον τὸν Θεῦ καὶ φιλάσσοντες αὐτὸν, Luc. XI, 28. Et: εἰ τὰῖς Ἰδαῖς, ΜΑΚΑΡΙΟΙ ἔτες ἑπτὰ ποῆτες αὐτά, Johann. XIII, 17. adiens illud Johannis: ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἐπινεγνωσθων, καὶ οἱ ἀκόντες τὸς λόγους τῆς προφητείας, καὶ προφέτες τὰ ἐν αὐτῇ γεγεννημένοις, Apoc. I, 3. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ὁ τηρῶν τὸν λόγον τὴν προφητείας τὴν θεολογίαν τέτοιος, Αριστοφ. ΣΦΙΛΙ, 7. ΜΑΚΑΡΙΟΙ οἱ ποιῶντες τὰς ἐντολὰς αὐτῆς, ινα ἔται η ἐξανταξαντος εἰς τὸν πόλιν, Αριστοφ. ΣΦΙΛΙ, 14. Illudque Apostoli Jacobi: Οἱ παρακαλοῦσθαις ἐν νόμον τέλεον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παρακαλεῖνας, ἐν<sup>Θ</sup>, οἱ ἀκόντες ἐπιλαβούσθαις γεννων<sup>Θ</sup>, αὖτις ποιήσεις ἔργυν, ἐν<sup>Θ</sup> ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἐν τῇ ποῆτες αὐτῷ ἔται, Jacob. I, 25. Ετρούσι illud Salvatoris notum sibi erat: ΜΑΚΑΡΙΟΣ ὁ γεγονός, καὶ τηρῶν τὰ ἴματα αὐτῷ, ινα μη γρυπός περιπατεῖ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀρχημορφιννην αὐτού, Αριστοφ. XVI, 15. ΜΒΚΑΡΙΟΙ οἱ δῆλοι οἱ ἐκενών, ἐξ ἀλούν ὁ καὶ<sup>Θ</sup> εὐρίσκει γεγονούστες, αὐτὴν λέγων ὑμῖν, οἵτινες περιβούσταις, καὶ ἀνακλοῦνται αὐτές, καὶ παρελθόντες διακονοῦσι αὐτής. Καὶ ἐν ἀλού έν τῇ δευτέρᾳ Φιλακῇ ἐλθη, καὶ ἐν τῇ τέταρτῃ Φιλακῇ ἐλθη, καὶ ἐν τῇ διατατημένῃ, Luc. XII, 37, 38. MACARIUS noster erat Φεράνυμ<sup>Θ</sup>, dum nocte que die que vigilabat, adventitians Domini inopinatum præstolatus accessitum, ad ejusque accessum & in occursum lampadum suam affuso oleo præparabat, Math. XXV, 7. Et si ΜΑΚΑΡΙΟΣ, ὁ φύγεται ἀλού έν τῇ Εαρίναια τῷ Θεῷ, Luc. XIV, 15. MACARIUS noster Φεράνυμ<sup>Θ</sup> fuit, quando mores pocillatorum aut vinariorum promorum noluit indire, qui aliis quidem parant potum inque haustum vina offerunt, ipsi interea siti-bundi, aut escalariorum sectorum, qui cibos appositos aliorum parant dentibus atque gusti, ipsi famelici; sed appositos cibos & vitæ calicem non tantum prægustare voluit, sed palatum invitatorum exemplo suo excitare in dapibus coelestibus ad satiatem fruiscendis.

Sique Maria sanctissima DEI mater ΜΑΚΑΡΙΑ ἡ πιενίσσασα, Luc. I, 45. & credentium oculi ΜΑΚΑΡΙΟΙ, οἱ ἀλεπίντες ἢ ἀλέπτοντας ἀπόστολοι, Luc. X, 23. Math. XIII, 16. imo ΜΑΚΑΡΙΟΙ οἱ μὴ ἰδοντες, καὶ πιενίσσαντες, Johan. XX, 29. summo nitorebatur studio, ut fides vera in animo esset σὺ & κορδε, inque ea ad finem perficeret, Math. X, 22. quæ est ἐπιτομὴν ὑπόστατης παγυάτων, ἐλεγχ<sup>Θ</sup> ἢ ἀλεπούλων, Ebr. XI, 1. Et ne peccatum peccatique dominium MACARII nostri μακαρίου impediret, incursions peccati quotidiana infingere aquotidianā pœnitentia emundando studuit, cogitando illud Pauliūnum ex Psalm XXXII, 2. desumptom: ΜΑΚΑΡΙΟΙ οἱ ἀφέθωσαν εἰς αἰνούτα, καὶ ὃν ἀπεκάλυψαν εἰς αἴσχρια. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἀντὶ δὲ μη λογιστῶν κύρ<sup>Θ</sup> αἴσχριαν, Rom. IV, 7. 8. quia ΜΑΚΑΡΙΟΣ καὶ ἄγι<sup>Θ</sup>, οἱ ἔχων μέρ<sup>Θ</sup> ὃν τῇ αναστάσῃ πετεῖ, εἰτε τέτοιος ὁ θάνατος<sup>Θ</sup> ὃ διετε<sup>Θ</sup> εἰς ἔχει<sup>Θ</sup> τέσσαραν, αὖτις ἐντοιχίαν τῷ Θεῷ καὶ τῷ Χριστῷ καὶ Λαζαρεύσονται μετ' αὐτῶν ζήσουσιν, Apoc. XX, 1. Sicut in vera fide expectavit τὸν ΜΑΚΑΡΙΑΝ ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δέξιας τῆς μεγάλης Θεοῦ καὶ σωτηρ<sup>Θ</sup> ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, Tit. II, 13. ne veritati affinxisse viderentur dicturi, se Φεράνυμον fuisse in vita, fuisse in morte, nec desiliisse post mortem, annumeratum illius ΜΑΚΑΡΙΟΙ, de quibus vox illa coelestis: ΜΑΚΑΡΙΟΙ, inquit, οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ αποθνήσαντες πέπονται. Ναὶ λέγει τὸ πονηῆσα, ινα αἰαπάντανται ἐν τῶν κόπων αὐτῶν τὸ δρυγαίον αἰαλεθέν μετ' αὐτῶν, Apoc. XIV, 13.

Et ut paucis multa comprehendamus, & quod dicitur tribus bolis, me non a veritatis limine abiturum confido, si affirmavero, MACARIUM nostrum Φεράνυμον felicissimum, dum MACARIUS incepit esse in hac vita, & mansisse post vitam, dum beatitudinem, quam a morte acquisivit, ante mortem jam habuit, licet bona quadam illi beatitudini coelesti reservata, quibus ferendis hac vita non fuit. Hic enim vere fuit filius DEI non natura, sed per regenerationem, nec in morte desit esse, etiam si vivere desit, & manfit a morte, qui fuit ante mortem, etiam si nondum apparuerit, quid futurus esset, quidque jam est, i. Johan. III, 3. Gloriam expectabat, non demum a morte dandam, sed quam in terris jam obtinuerat, post vitam tantum revelandam, Rom. VIII, 18. Ubi Chrysostomus cedro digna habet, ita de beatitudine electis iam data differens: οἱ ἐπεπέρρεοι τὸν μέλλοντας ἔσεσθαι, αὖτις περὶ τὸν μέλλοντας αποκαλυψθεῖν, οὐ καὶ νῦν δον μὲν, καυστηρίων δι. Et Oecumenius: καὶ ὡς τὸ αποκαλυψθεῖν γέρας καὶ νῦν, αὖτις κανέντα. De qua revelatione beatitudinis electis jam in terris data ante annum hoc spatium nonnulla, hic non repetenda, in concione monufunебри, quam memoria immortali, Chrysostomi aut Chrysologi cuiusdam calamo dignissi-

ma, incomparabilis templorum templique ministrorum Mocenatis, Clementissimi Evergetae ac Maximi Patroni, Illustrissimi Comitis ac Domini, Dn. JOHANNIS ALBERTI, S.R.I., COMITIS DERONOV ET BIBERSTEIN &c, habui. (Ex cuius nomine

JOHANNES ALBERTUS R. I. COMES

DE RONOV ET BIBERSTEIN,

animus ad gratitudinem propensissimus ista elicuit:

OB MERITA HEROS NOBIS CELEBRATUR.

SED SI NON VENIET?

Hæcque paucula nec pumice levia imagini ejus subjicienda addidi:

OB MERTA hic HEROS NOBIS CELEBRATUR ubique,

SED SI NON VENIET Laus bona, quam meruit?

Omnino veniet, nam publica templa, ministri

Templorum arque boni jure canent alii.

Aut si terra racet laudes, laudes aliquando

Judicium extremum non sine laude caner.

\* \* \*

Dß war der theure Graff/ dem wenig gleichen werden/

Und weil die böse Welt sein weiter nicht werth war,/

Hat Gott mit ihm geist von dieser bösen Erden/

Und seinen Geist versteigt zur selgen Engel-Schaar.)

Cujus primum exemplum, quia hoc ipso momento ex typographia, typographi manus adhuc ca'ens, prodit, in probationem & confirmationem beatitudinis MACARII nostri Φερνάνδου etiam si tuam tuarumque Collegarum articulicum non referat, addere audeo. Cujus beatitudinis, ejusque conditionis & contra Papistarum fluctuationem, incertitudinem ac dubitationem, confirmatae ac probata certitudinis consideratio non raro me mihi ipsi quasi eripere viderit, dum amor DEI immensus, ac plane paterna, imo paternam multis & innumeris parafangis post se relinquens gratia me in admirationem & stuporem traducit, qua misericordia hominibus in hac miseriarum valle beatitudine dat & dona in aeternum duraturam, illaque *Lutheri* ex Tom. III. Jenensi, f. 452. b. & *Dannbaueri* ex Hodosophia Phantasm. XII. p. 1404. desumpta verba, quæ in concione dicta funebri, cum *Theopbylacti* verbis, jam adduxi, proptreraeque vix hic repentina, exofessor, hisque gemella ista laudari Autoris addo ex *Epistolographia*, Festo Circumcis. p. 101. Solche Seligkeit fängt hier an/ denn wir seyn schon selig/ so bald wir gerauscht/ uns in die Gnade und Bund Gottes aufgenommen werden; Selig/nicht zwar in der völligen Riesung; Denn wir warten noch auf die felige Hoffnung und Erscheinung der Herrlichkeit des grossen Gottes und unsers Heylandes Jesu Christi Tit. II. 23. Aber doch in der Verheissung/ Versicherung und Hoffnung/ und Fühlung und Rostung der Erstlinge des Geistes/ welcher ist das Pfand unsers Erbes/ Ephes. 1. 14. Solche Hoffnung wird uns nicht lassen zuS handen werden Rom. V. 5. als die wir dermähleins das Ende unsers Glaubens werden davon tragen/ 1. Petr. I. 9. Das wird Gott thun/ und uns darauff erlösen von allen Ubel. Et ex Lacte Catechesi, Tom. VIII. p. 757. Der Herr sagt nicht nur in fururo οὐδὲ πέπειται, der wird selig werden/ nicht nur in præterito, Tit. III. Gott hat uns selig gemacht durch das Bad der Wiedergeburt/ sondern auch in præsenti, 1. Petr. III. 21. νῦν δέ γε, macht uns nun selig/ und hat mit diesen Worten den verfluchten Fluch Canonis Tridentini ehe verdammt/ als er bestimmet und beschlossen worden.

Hic MACARIUS noster Φερνάνδος acquisivit i. 1501, non tam potestatem quam dignitatem, honorem, excellentiam, vel ut *Heimsius in Exercitat. Sacris in N. T.* f. 208. 48. non male explicat, prerogativam, sieri filium DEI, Johan. I. 12. quæ in morte non cessauit, sed durabit ad judicium extremum, ubi omnium oculis, omnium sensibus manifestabitur, quid jam in terris fuerit, etiam nec sibi nec aliis de certitudine & conditione ejus semper in Ecclesia militante ob incursiones Satanæ non raras, & mundi persecutiones creberimas confitterit. Hic in terris MACARIUS noster

Φερνά-

¶ per regenerationem accepit vitam in CHRISTO JESU, sed absconditam cum CHRISTO in DEO, quæ jam adhuc durat & durabit in omnem æternitatem, patescenda demum, quando CHRISTUS vita ipsius patefactus fuerit, Colos. III, 2. 3. Hic in terris MACARIUS noster factus est justus per fidem in CHRISTUM JESUM gratis per redēctionem, factam in CHRISTO JESU, quem proposuit DEUS, ut esset placamentum per fidem in sanguine ipsius, ad declarandam iustitiam suam per remissionem praecedentium peccatorum, Roman. III, 24. 25. dumque misericors Pater JESU CHRISTI fecit, ut, qui non novit peccatum, pro nobis peccatum esset, fecit, ut ipse efficeretur iustitia DEI in ipso, 2. Corinth, V, 21. Jam vero Cœlos novos ac terram novam, in quibus iustitia inhabitat, quam hic secundum promissionem divinam expectabat, occupavit, 2. Petr. III, 13. Ubi non urgebo, quæ Gwil. Eſtius in superiori adductum locum Matthæi urget, quod de discipulis suis omnibusque Christianis CHRISTVS ipse in præsentî dicat, quod sicut MAKARIO, quia ad ea detorquer, quæ blasphemâ sunt, inque meritum Salvatoris nostri Catholici & monadici injuria; sed tantum moneo, quæ gravissimus Theologus Fridericus Myconius, anno 1546. 25. Jan. ad M. Georgium Rorarium satis graviter & confidenter scripsit, quæque illustris Seckendorfius in Commentar. Histor. & Apologet. de Lutheranismo Lib. III. Sect. XXXV. §. CXXXII. Addit. I. f. 630, afferit: Vale, mi Rorari, & si me audies sepultrum, scito, nihil nisi ossa, cutem, peccatum & inobedientiam a relatalem illum hominem sepultum, ut perfecte liberetur & ipse a veneno diaboli, peccato & morte. Sed is, qui intus est, qui renovatur de die in diem, qui vivit in CHRISTO, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, in quo vita mea abscondita est in DEO, ut sicut ille vivit, & nos vivamus; ille, inquam, homo non morietur, non sepelitur, sed fructus sua vita in pace & tranquillitate, nec interurbabunt eum tumultuantes reges, populi, suis inanibus meditationibus, &c. Quæque B. Spenerus in Credendis, quæ cum multis, imo plurimis ejus scriptis ex ejus liberalitate, nunquam satis mihi de predictanda, quam DEUS, dator omnis boni, ex gratia in coelis coelesti gaudio, & in terris posterorum benedictione copiosa largiter retribuere velit, possideo, Tom. II. p. 786, habet: Wir erlangen die Seligkeit aus dem Evangelio schon in diesem Leben; und bestehet eben darin die Vortrefflichkeit der Gnade Gottes in dem Evangelio, daß er uns nicht erst nach dem Tod die Seligkeit verheisset, sondern dieselbe in den Haupt-Gütern bereits in diesem Leben giebet: Massen dann die Gerechtigkeit Jesu Christi/ die Rindschaft des himmlischen Vaters/ die neue Göttliche Natur/ die in uns gewirkt wird/ schon würdig sind/ daß wir um derselben willen hier in dieser Welt bereits in Hoffnung der künftigen Offenbarung und Herrlichkeit selig genannt werden mögen. Welches derjenige leicht verstehten wird/ welcher auch recht verstehet/ was Seligkeit sei. Wie wir auch sehen/ daß die Güter der Gnaden im Evangelio bereits dasjenige Abendmahl genannt werden/ dazu man schon in diesem Leben kommt/ und gleichwohl ist es ein ewiges Mahl. Daß wir also die Seligkeit in dem Reich der Gnaden und der Herrlichkeit/ als eine einzige Seligkeit/ als ein einiges Mahl zu halten haben/ das/ so zu reden/ nur an zwey Tafeln angestellest wird/ oder in unterschiedlichen Gangen besteht. In quo libro p. 83, 754, 1144, alia legenda, quæ beatitudinem piorum acta jam DEI gratia collatam probant. Cujusmodi & habentur in Consolationibus Evangelicis To. II. p. 183. In Casibus sive Consiliis Epistolicis, To. II. p. 76r. To. III. 134. 139. To. IV. 483. & pluribus aliis scriptorum Ipsius locis, præcipue in Tractatu de Beatitudine Filiorum DEI in regno gratis & glorie, quam ex dono Spenerianæ nati & Rechenbergerianæ conjugata possideo, ut & Scriverus, Thesauro Animæ, P. II. Conc. II. §. 21. p. 297. Sperlingus Nicod. Ques. & JESV Respond. To. II. p. 32, cuius ex decente animi gratitudine hac vice mentionem injicio, quod ex ejus benevolia liberalitate libri huius priori accessio ad meam facta est librariam.

Vidit hic DEUM in terris, viderit jam in Cœlis, cum isto tamen discrimine, quod hic in militante Ecclesia per speculum & per ænigma, ibi in triumphante Ecclesia coram, hic ex parte, ibi prout edocitus est, I. Cor. XIII, 12. Ubi tamen immane quantum discrimen accedit, quod MACARIVS noster φεγγυης jam beatitudinem possidet sine mistura mali, quæ in terris saepius fuit turbata a

diabolo, a mundo, a peccato, a carne. Ibi est coelestis MACARIA, multo constantio-  
re & longe sermone gaudens fundamento, quam MACARIA Arcadia Urbs, quæ tem-  
poris injuria ac hominum hostilitate diruta, nihil quam rudera incondita *Pansania* o-  
culis, *Arcadicis lib. VIII. f. 626. 24.* reliquit. In qua DEUS Trinus, qui est & dicitur  
MARAPIOS ὁ οὐεί *I. Tim. I. II.* In qua MACARIA Gregorii Nysseni foror, ad quam  
Suida, apud *Magdeburg. Centur. IV. Cap. X. p. 930. 49.* teste, sermonem de Oratione  
anima scripsit, desideratum hodie in ejus operibus. Ubi MACARIUS cum Philogo-  
nio & Hellanico, ab Ario literis ad Eusebium Nicomedensem, patronum suum apud  
*Theodoreum lib. I. Cap. IV. & V.* scriptis, hereticorum carbone notatus, vix ulterius  
hereticae pravitatis inflamulabitur, quod filium cum Patre coeterum non voluerit  
negare. Hic Ischyras, presbyterii sibi nomen & officium auctorum sumere, MACARIVM  
Alexandrina Ecclesiae presbyterum non amplius incusabit irruptionis in Ecclesiam vi-  
olenta, mensa sacrae subversionis, calicis sacri profanationis, & facrorum librorum  
combustionis. Hic, si ex Gentilismo stylum ad sacra & coelestia acommodandum  
mutuare liceret, rhapsodomus sive carminum Homericorum interpretum & recitato-  
rum beneominantium: σὺ δὲ Σεοὶ ΜΑΚΑΡΕΣ, ex *Erasmi Adagiosis*, Edit, elegantiss. Paric.  
Stephani col. 664. usurpari posset. Hic MACARIORVM μαραχεύ hostibus & perfe-  
cutoribus ad inferna detrusi ex *iisdem* col. 536. vñ Σεοὶ ΜΑΚΑΡΕΣ, quo alias antiqui su-  
am euge bene proferre solebant, quoties nocentibus supplicium metitis dignum co-  
tigisset, acclamari posset.

Dum vero haec perpendo, ac MACARIUM nostrum Φεράννου in mundo fuisse,  
in praesentia adhuc esse, inque posterum futurum video, non possum, quin eodem scri-  
bendi genere hanc beatitudinem depradicem, ac abitu in celum eodem peniculo  
iisdemque coloribus describam, quibus abitu ad Dresdenses inqueaulam Electoralem  
delineavi, Tibique, Vir Amplissime, paucula haec & levidensia exhibeam.

\*\*\* \* \* \*\*\*

**S**ic MACARIUS noster,

qui est,

quid?

heu! fuit SELIGMANNUS,

Vir sui nominis esse desit,

dum vivere desit,

qui Vir sui nominis fuit,

quamdiu fuit

& vixit.

Multa vero dico de SELIGMANNO,

dum pauca dico de MACARIO,

quod Vir sui nominis fuerit.

Sed quid?

Factus est MACARIUS SELIGMANNUS

dum desit esse MACARIUS.

Factus est Vir sui nominis,

dum desit esse Vir sui nominis;

Factus est SELIGMANNUS,

dum desit esse SELIGMANNUS.

Factus est MACARIUS nomine & re,

qui jam dudum fuit MACARIUS

nomine & re;

licet MACARIUS fuisse vixit fuerit

non nisi nomine,

re nondum.

Factus est MACARIUS visione,

qui jam dudum fuit fide,

factus est MACARIUS patria,

qui fuit via,

extra patriam.

Factus est MACARIUS celo;

qui fuit terris.

Factus est MACARIUS  
 in triūphante Ecclesia,  
 qui fuit in militante.  
 Factus est MACARIUS  
     in regno gloriæ,  
     qui fuit in regno gratie.  
 Factus est MACARIUS,  
 antequam fieret MACARIUS,  
 etiam si fuerit MACARIUS,  
 antequam factus fuerit MACARIUS.  
 Minime quidem fui MACARIUS,  
 etiam si dictus fuerit MACARIUS,  
 antequam factus fuerit MACARIUS,  
     quando natura fuit filius iræ,  
     natura & nativitate carnali,  
     caro de carne natu;  
 factus tamen MACARIUS,  
 antequam fieret MACARIUS,  
 quando DEI Filius factus regeeneratione,  
     sicut filius gratie,  
     ac spiritus ex spirito natus,  
     & MACARIUS vere.  
 Fuit vere MACARIUS,  
 dum DĒUS Pater ejus fuit Pater,  
     ac qui fuit pater creatione  
 factus est pater ejus regeneratione,  
 etiam si manserit filius hominis,  
 ipsique pater fuit communis  
     cum DEI filio unigenito,  
     diverfo fecit modo,  
     gratia felicer, non natura,  
     regeneratione, non nativitate.  
 Fuit vere MAGARIUS,  
 dum DĒI filius, ipse DĒUS, ejus fuit redēmōr,  
 redēmōr factus non auro aut argento,  
     aut aliis thesauris pretiosis,  
     sed per se ipsum,  
     suo sanguine & vita;  
 redēmōr care redēmī.  
 Fuit vere MACARIUS,  
 dum Spiritus Sanctus sanctificator fuit  
     omni sanctitate deslittati  
     nativa & naturali,  
     aliena donati & dotati,  
     per verbum DEI facrum  
     & sacramenta sacra,  
     sicut vere sanctificati  
     & per sanctificationem sancti facti.  
 Beatus fuit ante beatitudinem,  
 dum filius DĒI Patris fuit,  
 etiam si filius fuerit hominis,  
     ac manserit.  
 Beatus fuit ante beatitudinem,  
 dum frater fuit filii DĒI,  
 qui unicrus DĒI filius & unigenitus,  
     proptereraque sine fratribus,  
 qui tamen non erubuit, ipsum vocare  
     fratrem suum,  
     se ejus.  
 Beatus fuit ante beatitudinem,  
 dum templum fuit Spiritus sancti,

F 2

etiam si

etiam si fragilem circumgessaverit casulam,  
 in corpore minus firmo  
 & fragili,  
 immortalis animae habitatione.  
 Vir fuit sui nominis,  
 MACARIUS vere beatus,  
 dum adoptionem habuit DEI,  
 homo a DEO,  
 non ab homine,  
 non a Principe, quod magnum esset,  
 non a Rege, quod maius,  
 non ab Imperatore, quod maximum,  
 sed a DEO, quod incomparabile,  
 quod incredibile bonum,  
 DEO in adoptionem datus  
 ab hominibus.  
 Vir fuit nominis,  
 MACARIUS vere beatus,  
 dum a DEO filio habuit iustitiam DEI  
 in ipso,  
 Ipse in se iustus,  
 & justus factus,  
 iustitia non sua, sed aliena,  
 suam damnum ducens,  
 imo stercore & quisquiliis,  
 quæ ex lege est,  
 aliena, quæ per fidem est CHRISTI,  
 Id est iustitia, quæ est ex DEO per fidem.  
 Vir fuit nominis,  
 MACARIUS vere beatus,  
 dum a Spiritu Sancto impulsus ad bonum,  
 in corde in malum incolinabili,  
 natura sui cereo in virtutem flechi,  
 ad peccata non tam prono  
 quam prouisimo,  
 viribus in bono non tam inclinatis,  
 quam penitus deperditis  
 & perditis.  
 Fuit vere MACARIUS  
 aut MACARIANDER,  
 dum ex adoptione DEI habuit  
 hereditatem coelestem,  
 quæ nec perire potest,  
 nec contaminari, nec marcescere,  
 sibi in coelis servatam  
 & repositam,  
 jam datam & donatam,  
 cum quo Baronatus collatus  
 mendicitas est,  
 Comitatus, desertum,  
 Principatus, apaliz,  
 Archiducatus, Ingurium,  
 Regnum, ædricula,  
 Imperium, viculus,  
 omnes mundi thesauri, arenulae,  
 omnes gemmae & margaritæ, pulvis.  
 Fuit vere MACARIUS  
 aut MACARIANDER,  
 dum ex fraternitate JESU habuit,  
 quod fuerit cohaeres filii DEI,  
 cohaeres regni celorum,  
 regni decoris

Benedictus

&amp; dia-

& diadema speciei  
 de manu Domini.  
 Fuit vere MACARIUS  
 aut MACARIANDER,  
 dum Spiritus sanctus pignus fuit  
 hereditatis aeterna  
 atque pignus hereditatis  
 datum in cor ejus,  
 in redemtionem acquisitionis,  
 in laudem gloriae ipsius.  
 Vere fuit MACARIUS,  
 antequam factus est MACARIUS,  
 dum in regno DEI vixit,  
 antequam translatus est in regnum DEI,  
 dum regnum DEI intra se habuit,  
 in regno DEI,  
 antequam tranxit in regnum DEI,  
 e regno DEI;  
 dum credit, quae nunquam vidit,  
 nec quisquam visurus est,  
 Sicque beatus fuit fide,  
 quo sola beatus reddit homines,  
 ac beatitudinem recipit,  
 quam beatus DEUS paravit,  
 & beatificator meruit,  
 & beatificatrix doctrina porrigit.  
 Beatus fuit fide  
 dum non vidit, & tamen credit,  
 imo vidit & credidit,  
 beatitudinem aeternam,  
 in temporis cursu constitutus  
 extra beatitudinem aeternam  
 & beatam aeternitatem.  
 Vedit oculus suis,  
 quae nullus oculus videt,  
 aut visurus est,  
 ideoque oculi ejus beati fuerunt,  
 quod viderint,  
 quae oculus non vidit,  
 ejus autem oculis DEUS revelaverit  
 per Spiritum suum,  
 licet multa mala viderint  
 in mundo malo.  
 Vedit oculus clausis,  
 qui beati, quod crediderunt,  
 etiam si non viderint,  
 vident, quae aperte nunquam viderunt,  
 nec videbunt,  
 Vedit oculis in terris,  
 quae oculus in coelis reservata sunt  
 videntia,  
 ibique videbuntur,  
 ino a beatis videntur.  
 Sicque beatus fuit ante beatitudinem,  
 & extra beatitudinem,  
 felix ante felicitatem,  
 & extra felicitatem,  
 beatus in hac miseria  
 ac miseriatur valle misera,  
 felix in infelicitate  
 ac omnis infelicitatis colluvie

ac fentina,  
 Licet vero MACARIUS fuerit  
     extra patriam,  
     MACARIUS noster,  
 factus tamen est MACARIUS  
     in patria  
     sine immutatione sui,  
     sicut fuit, qui factus est,  
     sine detrimento suo,  
 dum jam videt, quæ hic non vidit,  
     videt, que creditit,  
     DEUM videt in patria,  
     quem vidit in via,  
 videt in Ecclesia triumphante,  
     extra militiam,  
     quem vidit in militante,  
     extra pacem & triumphum.  
 Videt in regno gloria  
     quem vidit in regno gratiae,  
     videt iam dominus,  
     quem hic vidit dominus,  
     videt coram,  
 quem hic vidit per speculum & anigma:  
 Videl aperta iisque aperte fruitur,  
 quæ hic opera vidit & admiratus est.  
 Sicus hic desideravit non visa;  
     ita jam videt hic desiderata.  
 Cognoscit jam, prout edocitus fuit,  
 quod olim cognovit ex parte,  
     Jam habet vere,  
 quæ olim possebat & non habuit,  
 licet possederit, quæ habuit.  
 Jam posset, quæ olim credidit,  
     credidit & speravit,  
     speravit & admiratus est;  
     admiratus est & stupuit,  
     stupuit & pragustavit;  
 Imo, quæ hic pragulavit,  
     Jam gustat & habet,  
     habet & retinet,  
     retinet nunquam eripienda,  
     nunquam finienda,  
     nunquam interitura.  
 Jam omnibus coelitibus apparet,  
 nobis aliquando apparitum  
     ipsum DEI esse filium,  
     qui jam fuit,  
 nec jam cessare aut defitum  
 filium adoptione, licet non origine,  
     Gratia, licet non natura,  
     Creatione & regeneratione,  
     licet non nativitate,  
 per DEI Filium proprium & verum,  
     filium origine, non adoptione,  
     filium veritate, non nuptiacione,  
     filium nativitate, non creatione.  
 Jam hereditate potitus est coelesti,  
     potitus est & fruitur,  
     ut Filius DEI  
     & cohæres Filii DEI.  
 Jam non fides, sed visus obtinet,  
non

non fudit, sed videt;  
 vider sine fide;  
 ut hic vidit cum fide,  
 & in fide;  
 quia fidei finem obtinuit,  
 animæ beatitudinem.  
**Ut sit vere MACARIUS in celis;**  
 & Vir sui nominis,  
 qui Vir sui nominis fuit in terris  
 & MACARIUS.  
 Ubi multi boni optabunt,  
 Sine injuria in beati beatitudinem,  
 ut adhuc amplius sit beatus  
 extra beatitudinem,  
 beatus in hac miseria,  
 felix in infelicitate;  
 ut in miseriariis valle versantes,  
 contra miseriarias hujus vita,  
 beata verba audire queant  
 ex beati MACARII beato ore;  
 de cœlesti beatitudine,  
 ante beatitudinem promissa  
 à DEO beato.  
 Optabunt sine invidia;  
 aut invidiōs specie  
 erga beati cœlestem beatitudinem,  
 miseria hujus continuationem  
 in miseriariis valle,  
 sine miseria tamen ac miseria sensu,  
 ut ita carne ulterius viveret propter alios;  
 aliorum beatitudini  
 ac beatitudinis promotioni inservitus  
 doctrina beata beatissimi Evangelii,  
 ut  
 cui jam à morte CHRISTUS vita;  
 vita & lucrum;  
 lucrum sine damno,  
 sine damno & dispendio;  
**CHRISTUS** ulterius sit lucrum in vita & morte  
 futurus lucrum a morte,  
 in vita sine morte.  
 Quia vero  
 hoc est res voti; non spēi;  
**Si** MACARIUS per DEI benignitatem  
 in pace cœlesti; nostra pace,  
 MACARIUS;  
 Si eut fuit; per DEI gratiam  
 MACARIUS,  
 & sicut factus est; ad DEI nütuti  
 MACARIUS,  
 ita sit & maneat per DEI Clementiam  
 MACARIUS  
 in secula nunquam finienda;  
 vero  
 MACARIUS.

Et haec sunt, quibus in præsencia homini meum tuis tabulis expungere tenet, alia alia occasione, quæ amori tuo plane singulari tuæque benevolentiae adhuc solvenda debeo, persolutus. Multa enim, in plura adhuc restant, quæ *Xerophytus* tibi a me ponit jacent. Ex tuo enim amore prooris munificenta haec tamen non tantum exhibita, quæ tuo studio edita quoque ingenio nata, FORMULA GÖNCONDIA, erudita tua in Libros Symbolicos introductione instructa, quæ singulari modo gratitudinis meæ testificationem, tuis aliorumque oculis proxime

cum DEO fistendam, provocant, VITÆ THEOLOGORUM, EXERCITATIONES ACADEMICÆ ET DISSERTATIONES EPISTOLICÆ in unum collectæ fasciculum, COLLEGII HOMILETICI PRACTICI IN A.C. HABITI SUMMARIA REPETITIO, PANEGYRICI FUNEBRES, ARCANA BIBLIOTHECÆ THOMANÆ & alia. Quibus haec tenus nonnulla ex alijs locis ad te curata addere voluisti, eaque inter OFFICIUM PIETATIS, quod B.D. Polycarpo Lyfero, Seniori, Electori Sax. olim a Consilio Ecclesiasticis, Confessionibus & Concionibus aulicis primariis &c. debet, & per scriptum Apologeticum Godofredi Arnoldi Historiæ oppositum publice persolvit prœponens *Ιωάννου*, Praeful Capituli Wunstorp. Ecclesiærum per Ducatum Calenberg. Superintend. Generalis, cum farragine Epistolarum variarum, ut & ELOGIA GERMANORUM QUORUNDAM THEOLOGORUM Seculi XVI. & XVII. Collector Ge. Heinrico Goetzio, Lubecensi Ecclesiæ Superintendente. Qua ex multis aliis propterea in medium afferro, quod Epistolas eruditorum & vitas juxta aestimo, quod ex istis fatis felicer & faciliter negotio Historie Ecclesiasticae lacuna non raro suppliceri ejusque nodi intricati extricari possunt, ex his divinae pronosa vestigia observari, Ecclesia Christiana fata, Politiae regimen, oeconomia administratione non raro addisci possunt, qua freto tua benevolentia, calcar addunt, plura hoc genus beneficia a te exorandi, &c. si licet, magnis his Theologis memoria mei commendandi, ut sicut olim Lipsia cum illis conversari hictum fuit, ita ulteriore favore sui atque amoris continuatione meam tenuitatem non deditur, precipue, quod tenui & ad incitas sere redacto loco divina vocatio me præfecit, quo marsupii indigentia cordis desiderio & βθλοφιλία non semper respondet, ut mihi ex Eruditorum scriptis comparem, quorum notitiam & inscriptiones catalogi nundinales nos exhibent, sive cupiditatem in me inflammant. Sicuti non possum inficias ire, me plura, qua Goetzianum præ se ferunt nomen, hinc & inde ab illis allegata reperiſſe, quibus potius credibili desiderio quidem flagravi, sed res domi anguita redempturam illorum prohibuit & impeditiv.

Tibi vero, Optime Amicorum, gratias pro tuo amore ago decentissimas. Et quia MACARII nostri *Φεραννός* effigies, quæ ante oculum a Te ad meam supellecilem iconographiam, de qua formâ pluribus proxime, accessit, se commodum meis offert oculis, *autoxodias* eope, qua amor eius :

Hæc SELIGMANNI facies, qua perbene nobis  
Artificis zelo conspicienda datur.  
Hanc faciem cernens, SELIGMANNUM usque fatetur  
Delicium Jovæ dulce fuisse gregis.

\* \* \*

So sahe Seligmänn / der rechte selge Mann /  
Auf dessen Angesicht die Freudigkeit zu lesen.  
Wo ist ein Sterblicher / der nicht frey sagen kan?  
Dass der Zuhörer Lust er allezeit gewesen?

Et quia benevolentia tua muniberis non possum respondere, DEUM Ter Opt. Ter Max. Ἀλφίων obsecro atque obteffor, ut, quite Generum optimum MACARII optimi, jam vere μακελίς, sicque *Φεραννός*, esse voluit, te in omni bono confirmet, annos, quos MACARIO nostro *Φεραννός* longiore vita in terris dignissimo, eripiuit, tuis addat annis, tuosque vita dies augeat, ut sint sicut dies coeli super terram. Salvum te servet atque incolumem, ut Ecclesiæ Christianæ, Lipsiæ, tuis, mihi, meis etiam, doctrina, consilio, auxilio, favore & benevolentia cum frumento adesse queas. Confirmet omne opus bonum, quod in Te incepit, ad diem IESU CHRISTI. Servet HORNIUM nostrum, MACARII nostri *Φεραννός* in Consistorio & Pastoratu, ac GINTHERUM HORNII in Archi-Diaconatu Succelorem dignissimum, Collegas Tuos dilectissimos. Servet hos & alios in viaea Domini Lipsiæ strenue nec sine fructu operantes, Ecclesiæ & Lipsiæ, ut & mihi meisque amorem atque favorem promissum servare queant. Servet Te DEUS Tuis, Tuos Tibi, ut multa bona de Te Tuisque audiens, supremi Numinis Clementia pro clementissime precum mearum quotidie pro Tua Tuorumque incolumitate coram ejus throno effusarum exauditione gratias agere queam, tuaque anima non nisi post plures annos in celis jungatur MACARIO nostro μακελίς, cui jam in terris animo es jungitus. Vale & amorem Tuum ulterius mihi serva. Werdav. XIV. ID. IVN. MDCCVIII.

F.K. 67

22



MACARII  
VIRI SUI NOMINIS  
IN  
VIRO SUI NOMINIS  
REVERENDISSIMO

D. GOTTLLOB FRIDERICO  
SELIGMANNO,  
LECTORALI SAXONICO CONSILIARIO  
ECCLESIASTICO,  
DRESDENSI CONCIONATORE PRIMARIO  
UNDIQUE CELEBERRIMO  
ESIÆ OMNIBUSQVE BONIS  
JACTURAM FACTAM,  
AD  
IS GENERUM HONORATISSIMUM,  
MAX. REVERENDUM  
NRICUM PIPPINGIUM,  
IPSIENSUM ECCLESIASTEN  
MELLITISSIMUM  
LUGET  
FEUSTELIUS, P. & S. W.  
229.

